trueles ſui et quæ nunc in exordio cantici nigra poni
tur: in epithalamii fine de ea cantatur: Quæ ẽ iſta quæ
aſcendit dealbata ? Intelleximus quomodo et nigra
et formoſa ſit ſponſa. Si auteꝫ et tu non egeris pœ
nitentiaꝫ caue ne anima tua nigra dicatur et turpis :
et duplici fœditate turperis Nigra propter peccata ꝓ
terita: turpis propter hoc quia in iiſdeꝫ uitiis perſeue
ras: Si uero pœnitentiam egeris : nigra erit anima
tua propter antiqua delicta tua: Propter pœnitentiaꝫ
uero habebit aliquid ut ita dicam æthiopici decoris.
Et quia ſemel æthiopem nominaui: Uolo teſteꝫ ſcrip
turam ſuper hoc aduocare ſermone Aaron et maria
murmurant quia moyſes æthiopiſſam habet uxorẽ:
et nunc moyſes æthiopiſſaꝫ ducit uxoreꝫ: Siquideꝫ
lex eius ad hanc noſtraꝫ æthiopiſſam tranſmigrauit .
Murmuret Aaron ſacerdotiuꝫ iudæoruꝫ murmuret
et Maria ſynagoga eoruꝫ moyſes de murmuratio
ne non curat: amat æthiopiſſaꝫ ſuaꝫ: de qua et alibi di
citur per prophetam. Ab extremis fluminum offerẽt
hoſtias: Et rurſuꝫ Aethiopia præueniet manus eius
deo Pulchre præueniet: Quomodo eniꝫ illa mulier
in euangelio quæ ſanguineꝫ defluebat archiſynago
gi filiaꝫ curatione ꝓuenit: ſic æthiopiſſa iſrahel ægrotã
te ſanata eſt. Illoruꝫ eniꝫ delicto ſalus gentibus fac
ta eſt ad æmulanduꝫ eos. Nigra ſuꝫ et ſpetioſa filia
hieruſalem et tu eccleſiaſtica anima ad filias iſrahel
conuerte ſermoneꝫ : et dic. Me plus amat ſponſus:
me magis diligit ꝙ uos: quæ multæ filiæ iſrahel uos
foris ſtatis: et ſponſaꝫ cubiculuꝫ uidetis intranteꝫ. ne
mo dubitat nigraꝫ uocataꝫ eſſe formoſaꝫ qui nos ſu
mus ut cognoſcamus deuꝫ ut cantica cantici prædi
cemus : ut ab æthiopiæ finibus ut ab extremo terræ
ueniremus ſapientiaꝫ ueri audire Salomonis. et qñ
uox ſaluatoris intonantis auditur Regina auſtri ue
niet in iuditiuꝫ: et condẽnabit hoĩes generationis hu
ius: quia uenit a finibus terræ audire ſapientiaꝫ Sa
lomonis: et ecce pluſꝙ ſalomõ hic audi myſtice quæ
dicantur Regina auſtri uẽit a finibus terræ: eccleſia:
et condẽnat hoĩes generationis huius ideſt iudæos
carni et ſanguini deditos. Uenit a finibus terræ au
dire ſapientiaꝫ Salomonis: non illius qui teſtamen
to ueteri prædicatur: ſed huius qui in euãgelio ſalo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mone maioꝛ eſt: Nigra ſum et ſpecioſa filia hieruſa
lem. Nigra uelut tabernaculum cedar: et pellis ſalo
monis: quas eo tempore in tabernaculi ornamento
compoſuit Ipſa quoqꝫ nomina cum ſponſæ decore
cōueniunt. Aiunt hebræi cedar iterpretari tenebras.
Nigra ergo ſuꝫ ut tabernaculuꝫ cedar ut æthiopes:
ſpecioſa ut pelles ſalomonis: quas eo tempore in ta
bernaculi ornamenta compoſuit: quando tēplus ſum
mo ſtudio et labore fabricatus eſt. Diues quippe Sa
lomon et in omni ſapientia illius nemo p̄ceſſit illuꝫ.
Nigra ſuꝫ et ſpecioſa filia hieruſalem in tabernacu
la cedar ut pelles ſalomonis: ne intueamini me: quia
ego ſum denigrata. Satiſfecit de nigrore ſuo et per
pnias ad meliora cōuerſa annuntiat ſe filiabus hieru
ſaleꝫ nigraꝫ quideꝫ eſſe: ſꝫ pulchram ſecunduꝫ quod
ſuperius expoſuimus: et dicit ne intueamini me: qui
a ego ſum denigrata. Ne inquit admiremini coloris
eſſe me tetri: ſol deſpexit me. Pleno quippe radio in
me luminis ſui fulgor illuxit ut eius ſim calore ſu
ſcata. Neqꝫ enim ut decuerat ut ſolis dignitas expe
tebat illius in me lumen excepi. Delicto eoruꝫ ſalus
gentibus facta eſt et rurſuꝫ icredulitate gentium ſcieꝫ
tia iſrahel: Habes utrunqꝫ apud apoſtolum Filii ma
tris meæ pugnauerunt aduerſum me: et quando ad
uerſum eam fratrum pugna ſurrexit. Vide paulꝫ ec
cleſiæ perſecutoreꝫ: et intelliges quomodo filius ma
tris eius pugnauerit contra eam. Perſecutores eccle
ſiæ egerunt pœnitentiam: et aduerſarii eius rurſuꝫ ad
ſororis ſigna conuerſi prædicauerunt fidem quaꝫ an
te deſtruebant. Hoc prophetico ſpiritu ſponſa nunc
cantans ait Dimicauerunt in me: poſuerunt me cuſto
dem in uineis: uineam meam non cuſtodiui. Ego ec
cleſia ego ſponſa: ego ſine macula: plurimarum ſum
cuſtos poſita uinearum a filiis matris meæ qui cōtra
me aliquando pugnauerant. Qua ſolicitudine curaqꝫ
diſtricta dum plures cuſtodio uineas: uineam meam
nō cuſtodiui Intellige mihi hoc de paulo et alio quo
cunqꝫ ſanctorum: qui pro oīum ſit ſalute ſolicitus: et
uidebis quomodo uineam ſuaꝫ non cuſtodiens alio
rum uieas cuſtodiat: quomodo ut alios lucrifaciat ip
ſe in quibuſdaꝫ damna ſuſtineat: et enī cum fuerit li
ber ex oībus: ſeipſum ſeruuꝫ fecit ut oēs lucrifaceret:
Factus ſuꝫ inquit infirmis infirmus: iudæis iudæus
his qui ſub lege erant quaſi ſub lege: Dicatqꝫ uineaꝫ
meam non cuſtodiui. Deinde conſpicit ſponſuꝫ: qui
conſpectus abſceſſit: et frequenter hoc in toto carmi
ne facit Quod niſi quis ipſe patiatur non poteſt intel
ligere Sæpe deus teſtis eſt. Sponſum mihi aduenta
re conſpexi et mecum eſſe ꝗ̄ plurimuꝫ. Quo ſubito re
cedente: inuenire non potui quod quærebas Rurſus
igitur deſidero eius aduētus et nonnunꝗ̄ iteruꝫ ue
nit et cum apparuerit: meiſqꝫ manibus comprehen
ſus rurſum elabitur et cum fuerit elapſus a me rur
ſum inquiritur: et hoc crebro facit: donec illuꝫ uere te
neam et aſcendam innixus ſuper fratruelem meum
Annūtia mihi queꝫ dilexit aīa mea: ubi paſcis: ubi cu
bas in meridie Non quæro alia tempora quando ue
ſpere: quando diluculo: quando in ſolis paſcis occu
bitu. Illud tempus inquiro quando in florēte die: qñ
plena luce in maieſtatis tuæ ſplendore uerſaris. An
nuntia mihi quem dilexit anima mea: ubi paſcis: ubi
cubas in meridie. Diligenter obſerua ubi meridiem
legeris Apud ioſeph meridie fratres prandium cele
brant: Angeli meridie abrahæ ſuſcipiuntur hoſpitio
et cætera iſtiuſmodi: quære et inuenies ſcripturas di
uinaꝫ non fruſtra ſeu fortuitu unumquemqꝫ uſurpaꝫ
ſermones. Quiſputas eſt dignus e nobis ut ad meri
dies uſqꝫ perueniat: et uideat ubi paſcat: ubi cubet in
meridie ſponſus. Annuntia mihi queꝫ dilexit anima
mea ubi paſcas: ubi cubes in meridie. Niſi enim tu
annuntiaueris mihi incipio errabunda iactari. Et duꝫ
te quæro in alioruꝫ greges incurro: et quia aliorum e
rubeſco facies atqꝫ ora contingere: ſuꝫ quippe ſpon
ſa formoſa: et aliis nudaꝫ facies meaꝫ non oſtendo
niſi tibi ſoli queꝫ iam pridem deoſculata ſuꝫ Annun
tia mihi queꝫ dilexit anima mea ubi paſcis ubi cubas
in meridie ne quādo fiam ſicut cooperta ſup greges
ſodalium tuoruꝫ. Ut iſta non patiar ut non fiaꝫ co
operta ut ora non contegaꝫ et ad alios uſqꝫ perueni
ens: incipiaꝫ forſitan et eos amare quos neſcio: iccir
co nuntia mihi ubi te quæraꝫ et inueniaꝫ in meridie
ne forte ſciaꝫ quaſi cooperta ſuper greges ſodalium
tuoruꝫ: Poſt hæc uerba ſponſa ei cōminatur et dicit
Aut agnoſces temetipſaꝫ quoniā regis es ſponſa et
formoſa et a me facta formoſa. ſiquidē ego mihi ex
hibui glorioſaꝫ eccleſiā non habentē maculā aut ru
gā: aut ſcito quia ſi te non cognoueris: et tuā ſcieris
dignitateꝫ patieris hæc quæ ſequuntur. Quanā iſta
ſunt ſi non cognoueris temetipſaꝫ o pulchra in muli
eribus egredere tu in ueſtigiis greguꝫ et paſce nō gre
ges ouiuꝫ non agnorum ſed hædos tuos. Statuet
quippe oues a dextris et a ſiniſtris hædos. Si nō co
gnoueris temetipſaꝫ o pulchra in mulieribus egrede
re tu i ueſtigiis greguꝫ et paſce hædos tuos i taberna
culis paſtoruꝫ i ueſtigiis iquit paſtorū nouiſſiā fies: ñ
iter oues ſꝫ i ter hædos tuos cuꝫ quibus hītās ñ po
teris mecuꝫ. i. cuꝫ bono eſſe paſtore. Equitatui meo i
curribus Pharaonis aſſimulaui te Si uis intelligere
o ſponſa quomodo ſcire te debeas: cognoſce cui te
cōparaueris: et tunc uidebis talē te eſſe quæ turpari
non debeas cuꝫ tuā ſpētē cognoueris. Quid eſt igi
tur equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimulaui
te? Scio equitē ſponſuꝫ propheta dicente et equitati
o eius ſalus: Aſſimulata es ergo equitatui meo i cur
ribus Pharaonis. Quantuꝫ differt meus equitatus
qui ſuꝫ dominus et demergo in fluctibus Pharaonē:
et triſtatos eius et aſcenſores eius et equos eius et
currus eius quantuꝫ iquā differt equitatus meus ab
equis Pharaonis: tanto melior es omnibus filiabus
tu ſponſa tu eccleſiaſtica anima omnibus animabus
quæ non ſunt eccleſiaſtice. Igitur ſi eccleſiaſtica ani
ma es: omnibus animabus melior es: ſi non es me
lior nō es eccleſiaſtica: equitatui meo i curribus Pha
raonis aſſimulaui te proxima mea: Deinde pulchritu
dinē ſponſæ ſpiritali amore deſcribit Genæ tuæ ut tur
turis faciē illius laudat: et genarum rubore ſuccendi
tur pulchritudo. quippe mulieruꝫ i genis dicitur eſſe
quāplurima. Itaqꝫ et nos pulchritudinē animæ intel
ligamus in genis. Labia uero eius et linguā intelligē
tiā prædicemus: Collum tuum monile ut ornamētū
qđ ſolet uirginum collo pendere et nuncupatur ormi
ſcos. Itaqꝫ ſine hoc decore tuum ipſum collum eſt
ornamentum Poſt hæc fit ſponſus in recubitu requi
euit ut leo ut catulus leonis obdormiuit ut deinceps
poſſit audire: quis ſuſcitabit illum. Quo interim dor
miente apparent ſponſæ ſponſi ſodales angeli et his
eā ſermonibus conſolantur nos tibi aurea ornamen
ta facere non poſſumus: tam diuites non ſumus ut
ſponſus tuus qui aureum tibi monile largiatur. nos
ſimilitudinem auri faciemus: non enim habemus au
rum: et hoc quoqꝫ lætandum eſt ſi ſimilitudines au
ri ſi ſtigmata argenti faciamus: Similitudines auri
faciemus tibi cum ſtigmatibus argenti: uerum nō om
ni tempore ſed donec ſponſus tuus ſurgat a cubitu.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cum enim ille ſurrexerit: ipſe tibi aurū: ipſe faciet ar
gentū Ipſe tuā mentem ſenſumqꝫ decorabit. Et eris
uere diues in ſponſi domo ſponſa formoſa cui glori
a in ſæcula ſæculorū. Amen

Secunda omilia ex origene traducta.

AB eo loco in quo ſcriptū eſt Nar
dus mea dedit odorē ſuū uſqꝫ ad
eū locum ī quo ait: Quia uox tua
ſuauis et forā tua ſpecioſa oēs aīæ
motiões uīuerſitatis ꝯditor ds crea
uit ad bonum: ſꝫ pro uſu nr̄o fit ſæ
pe ut res quæ bonæ ſunt ꝑ naturā
dū male his abutimur nos ad pec
cata deducant. Unus de animæ motibus amor eſt:
quo bene utimur ad amandum: ſi ſapientiā amemus
et ueritatem. Quando uero amor noſter ī peiora cor
ruerit: amamus carnē et ſāguinē. Tu igitur ut ſpirita
lis audi ſpiritaliter amatoria uerba cātari: et diſce mo
tū animæ tuæ: et naturalis amoris īcēdiū ad meliora
transferre ſecundum illud Ama illā et ſeruabit te: cir
cunda illā et exaltabit te. Uiri diligite uxores ueſtras
ait apoſtolus. Sed non ſtetit in eo quod dixerat. Ui
ri diligite uxores ueſtras. Uerum ſciens eſſe dilectio
nem in uxoribus quoqꝫ propriis inhoneſtā ſciens eſ
ſe placentes deo docuit quomodo uiri uxores ſuas
amare deberēt inferens Uiri diligite uxores ueſtras
ſicut et chriſtus eccleſiā. Et hec quidem in proœmio
corū quæ poſtea differenda ſunt diximus: quia ami
ci ſponſi: dum rex in recubitu ſuo eſt (requieſcens
enī dormiuit ut leo et ut catulus leonis) ſpōſæ pro
miſerant donec ille conſurgeret ſimilitudines auri et
argenti ſe eſſe facturos. Non habentes aurū ut ſpō
ſus et quodāmodo aliis uerbis ſponſi paſſio ꝑdicata
eſt: non irrationabiliter ad hæc ſponſa reſpondit: et ip
ſa diſpenſationem quādā paſſionis intelligens: ad id
qđ audierat ſimilitudines auri faciemus tibi cū ſtig
matibus argenti donec rex in recubitu ſuo eſt ait Nar
dus mea dedit odorem ſuum. faſciculus guttæ fratru
elis meus mihi in medio uberum meorū demorabi
tur. Quomodo igitur aptabimus ei qđ ꝑceſſit donec
rex in recubitu ſuo eſt: id quod ſequitur Nardus me
a dedit odorem ſuum. Loquitur euangelium Quia
uenit mulier habens alabaſtrū unguenti nardi piſti
ci ꝑcioſi: Non illa peccatrix: ſed ſancta: de qua nunc
mihi ſermo eſt. Scio quippe Lucā de peccatrice: mat
thæum uero et Joannem et marcum non de peccatri
ce dixiſſe. Uenit ergo non peccatrix illa ſed ſancta: cu
ius nomen Joannes quoqꝫ inſeruit. Maria quippe
erat habēs alabaſtrum unguenti nardi piſtici ꝑcioſi:
et effudit ſuper caput Jeſu: Deinde ſuper hoc idignā
tibus non omnibus diſcipulis ſed iuda ſolo dicente
potuit uenundari trecentis denariis et dari pauperi
bus Reſpondit magiſter atqꝫ ſaluator Semper pau
perēs habetis uobiſcum: me uero non ſemper. Præ
ueniēs quippe hæc in diem ſepulturæ meæ fecit. Jde
o ubicunqꝫ fuerit prædicatum hoc euangelium iſtud
dicetur et quod fecit hæc in memoriam eius In figu
ra igitur iſtius quæ nunc loquitur Nardus mea dedit
odorem ſuū illa ſup caput domini fudit unguētū.
Et tu igitur aſſume nardum ut poſtq̄ caput Jeſu
ſuaui odore perfuderis poſſis audenter effari Nar
dus mea dedit odorem ſuum et a ieſu reciprocū au
dire ſermonem Quia ubicunqꝫ prædicatum fuerit e
uangelium hoc in toto mundo dicetur: Et quod fecit
hæc in memoriā eius: Tu quoqꝫ facito: in uniuerſis

gentibus prædicato. Quando autem hoc facies: ſi fa
ctus fueris ut apoſtolus et dixeris Chriſti bonus o
dor ſumus in omni loco in iis qui ſaluantur: et in his
qui pereunt bona opa tua nardus ſunt. Si uero pec
caueris: peccata tetro odore redolebunt. Dicit quippe
pœnitens Computruerunt et corruptæ ſunt cicatrices
meæ a facie inſipientiæ meæ. Non de Nardo propo
ſitum eſt nunc ſpiritui ſancto dicere: neqꝫ de hoc qđ
oculis intueamur euangeliſta ſcripſit unguento: ſed
de nardo ſpiritali: de nardo qui dedit odorem ſuum
Faſciculus ſtactes ideſt guttæ ſiue ſtillæ fratruelis me
us mihi Gutta unguenti caſiam galbani in exodo le
gimus præcepto domini in thymiama et in ſacerdo
tale chriſma confectum. Si ergo uideris ſaluatorem
meum ad terrena aut humilia deſcendentem uidebis
quomodo uirtute magna et maieſtate diuina ad nos
quædam ſtilla defluxerit. De hac ſtilla et propheta ce
cinit dicens et erit De ſtilla populi eius congregādus
congregabitur iacob: et ſicuti ſecundum aliū ſenſū
lapis erat præciſus e monte ſine manibus: noſtri in
carne ſaluatoris aduentus: neqꝫ enī totus mons fu
it qui deſcendit ad terras: nec poterat hūāna fragili
tas totius mōtis magnitudinem capere: ſed lapis ex
monte: lapis offenſionis et petra ſcandali deſcendit ī
mundū: ſic ſecundū aliū intellectū ſtilla nuncupa
tur. Oportebat quippe ut quia oēs gentes in ſtillam
ſitulæ reputate ſunt is qui pro ſalute oiū factus eſt
oia ēt ſtilla ad eas fieret liberandas. quid enī pro no
ſtra ſalute non factus ē? nos inanes: et ille exinani
uit ſemetipſū formā ſerui accipiens. Nos populus
ſtultus: et non ſapiens et ille factus eſt: et ſtultitia præ
dicationis: ut fatuū dei ſapiētius fieret hōibus. nos
infirmi: infirmū dei fortius hōibus factū eſt. Quia i
gitur uniuerſæ gentes ut ſtilla ſitulæ: et ut momentū
ſtateræ reputatæ ſunt: Jccirco factus eſt ſtilla: ut per
eum a ueſtimentis noſtris odor ſtillæ procederet iux
ta illud Myrrha et caſia et ſtilla a ueſtimentis a do
mibus elephātinis: ex quibus lætificauerunt te filiæ
regum in honore tuo quæ in quadrageſimoquarto
pſalmo dicuntur ad ſpōſas Faſciculus ſtillæ fratruelis
meus mihi: Conſideremus quid ſibi et fratruelis no
men uelit: Eccleſia quæ hoc loquitur de fratruele nos
ſumus ex gentibus congregati: ſaluator noſter ſoro
ris eius eſt filius ideſt ſynagogæ. Duæ quippe ſoro
res ſunt eccleſia et ſynagoga. Saluator ergo noſter
ut diximus filius ſynagogæ ſororis: uir eccleſiæ ſpō
ſus eccleſiæ fratruelis eſt ſponſæ ſuæ: faſciculus ſtillæ
fratruelis meus mihi in medio uberū meorū com
morabitur. Quis ita beatus eſt ut habeat hoſpitem in
principali cordis in medio uberū in pectore ſuo ſer
monē dei? Tale eſt quippe quod canitur In medio u
berum meorum cōmorabitur. Si non fractæ mam
mæ tuæ in medio earū habitabit ſermo diuinus. De
cebat in carmine nuptiali māmas potius q̄ pectus
appellare. Et perſpicuū eſt cur ad expoſitionē eius
quæ dicit In medio uberum meorum cōmorabitur
ſit aſſumptum: ſi non fuerint fractæ māmæ tuæ: in me
dio uberum tuorū cōmorabitur ſermo diuinus. un
de dixi ſi non fuerint fractæ māmæ tuæ? De Ezechie
le. In eo quippe loco ubi hieruſalem dominica corri
pitur uoce iter cætera dicitur ad eam In ægypto fra
ctæ ſunt māmæ tuæ: Caſtarum ubera nō franguntur:
ſed meretricum ubera laxis pellibus irrugātur: Pudi
carum erecta ſunt ubera: et uirginali robore tumenti
a ſuſcipiunt ſermonem ſponſi et dicunt In medio u
berum meorum cōmorabitur. Botrus cypri fratrue
lis meus mihi. Initium eſt ſermonis in germine: et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

initiū cypri.i.floritionis in uerbo unde ait botrus cy
pri ideſt floritionis fratruelis meus mihi Non omni
bus eſt botrus cypri: ſed his qui eius flore ſunt di
gni. Aliis uua uaria eſt: huic ſoli quæ et nigra ē et for
moſa in floris decore ſe ꝓbet. Botrus cypri fratrue
lis meus mihi non ſiplicite: ait Botrus cypri fratrue
lis meus. ſed cū additamento mihi. ut doceret nō oi
bus eſſe botrus cypri. Videamus autē in quibus re
gionibus botrus iſte ſit ſponſæ In uineis engaddi qđ
interpretatur oculus tentationis. in uineis igitur ocu
li tentationis botrus cypri fratruelis meus mihi. Tē
tationis oculus in præſenti eſt. Siquidē in tentatione
moramur in hoc mundo. et tentatio eſt uita huāna
ſup terrā: Hus in hac luce uerſamur in uineis ſumus
engaddi. Si autē meruerimus poſtea tranſplantari
a noſtro agricola transferemur. Nec dubites quia poſ
ſis de engaddi uineis ad loca meliora trāſferri. Agri
cola noſter ad transferendā uineā crebra meditatiōe
iā calluit uineā ex ægypto trāſtuliſti: eieciſti gentes: et
plantaſti eā. Operuit montes umbra eius: et arbu
ſta eius cedros dei. Et hæc quidē quæ expoſuimus
locuta ſit ſponſa de ſponſo ſignificans amorē ſuus et
ſponſi uenientis hoſpitius quō in medio uberus et
ſui cordis arcano ſponſus ueniens cōmoretur. Rur
ſus ſponſi ad eā ſermo dirigitur et dicit ecce ſpecio
ſa proxima mea: ecce ſpecioſa: oculi tui oculi colūbæ
Illa ſic dicit ad ſponſus Ecce fratruelis meus ſpecio
ſus non adiungit et proximus meus: Hic autē quan
do alloquitur eā ecce ſpecioſa adiungit et proxima
mea. Quare autē et illa non dicit Ecce ſpecioſus pro
ximus mihi: ſed tantus ecce ſpecioſus. Quare ille nō
ſolus ſpecioſa es dicit: ſed ſpecioſa es proxima mea.
Sponſa ſi longe fuerit ab ſponſo non eſt ſpecioſa
tunc pulchra fit quando dei uerbo coniungitur: et me
rito nunc docetur ab ſponſo ut proxima ſit et a ſuo
latere non recedat. Ecce ſpecioſa proxima mea: ecce
ſpecioſa Incipis quidē eſſe ſpecioſa ex eo ꝙ proxiā
mihi es. Poſtꝙ eſſe cœperis ſpecioſa etiā ſine addi
tamento proximæ abſolute es ſpecioſa. Ecce ſpecio
ſa proxima mea ecce ſpecioſa. Videamus et aliā lau
dē ſpecioſæ ut et nos æmulemur ſponſæ fieri. Oculi
tui colūbæ. Qui uiderit mulierē ad concupiſcēdus eā:
iā mœchatus ē eā in corde ſuo: oculos non habet co
lūbæ. Si quis uero oculos nō hēt columbæ domus
fratris ſui igreditur infelix non ſeruans illud quod in
prouerbiis eſt præceptus. In domus autē fratris tui
ne intres infelix Pro eo qđ Lxx infelix interpretati
ſunt: Aquila hebræā exprimens ueritatē Atreon ſo i
deſt ſtultus poſuit: Qui autē habet oculos colūbæ ui
det recta: et miſericordiā promeretur. Videns quip
pe recta miſericordiā conſequetur. Porro quis uidet
recta niſi qui caſto conſpectu: et puris intuetur oculis
Noli igitur mihi de his tantus carnis oculis intellige
re quæ dicta ſunt: licet et de his intellexiſſe non inuti
le ſit: ſed ingrediens ad interiora cordis tui: et alios
oculos mente perquirens qui et a dei mandato illu
minantur: Mandatus quippe dei illuminans oculos
illud enitere: labora: contende: ut certe ſancte itelligas
uniuerſa quæ dicta ſunt: et ſimilis ſpiritui qui in ſpeci
e deſcendit colūbæ audias quia oculi tui columbæ: ſi
itelligas legē ſpiritaliter oculi tui colūbæ ſunt: ſi itelli
gas euāgeliū ut ſe uult euāgeliū itelligi et ꝑdicari ui
dēs Ieſū oēs lāguorē et ifirmitatē ñ ſolū eo tpoꝛ quo
carnaliter facta ſunt fuiſſe medicatū ſꝫ hodieqꝫ medi
cātē: et ñ tātus tunc ad hōies deſcendiſſe: ſꝫ hodieqꝫ
deſcendere: et eſſe præſentē Ecce eis uobiſcū ſus om
nibus diebus uſqꝫ ad conſumationē ſæculi oculi tui

colūbæ ſunt. Ecce ſpecioſa proxima mea: ecce ſpecio
ſa oculi tui columbæ. Has de ſe ſpōſa audiēs laudes
ſponſo uicē in laudibus tribuit. non quo ei quod non
habet ſuo præconio largiatur: ſed intelligens decorē
eius atqꝫ conſpiciens ait Ecce ſpecioſus fratruelis me
us equidē pulcher: lectus noſter umbroſus. Quæro
lectus in quo ſponſa requieſcit cus ſponſo: et ni fal
lor corpus huānus eſt. Siquidē ille in euangelio pa
ralyticus qui iacebat in lecto Et abire in domus ſuā
ſublato grabato uoce iuſſus eſt ſaluatoris anteꝙ ſa
naitur ſuper debile ſuorus mēbrorū corpus iacebat.
quod poſtea dei uirtute ſolidatus eſt. Sic ego intelli
go. Tolle grabatus tuus et uade in domus tuā Neqꝫ
enis ad hoc filius dei de cæleſtibus ad terrena deſcen
derat ut de lectulis iperaret: et conſurgentē ab ægrota
tione ſua ſine lectulo non pateretur abſcedere Tolle
inquiens grabatus tuus et uade in domus tuā ut cus
ad te uelut ad ſponſas uenerit ſponſus et in eo
tecum fuerit reclinatus dicas Ecce ſpecioſus fratrue
lis meus equidē pulcher accliatio nr̄a umbroſa: ecce
ſpecioſus fratruelis meus: ipſe et ſpecioſus et ūbro
ſus eſt. Per diē quippe ſol non uret te: neqꝫ luna per
noctē. Trabes domuū noſtrarus cædri multitudinis
uerba ſunt. Videtur aūt mihi hoc uiri dicere: qui cus
ſponſo ſunt de quibus ſuperius ſermo præfatus eſt
domos cædrinas trabibus intextas et cypreſſis con
tignatas. Siquidē pro ſtibe aſcēdet cypreſſus et pro
coniza aſcendit myrtus. Requirens igitur cuius na
turæ iſta ſunt ligna: et cædrus iputribilē et cypreſſum
odoris optimi deprehendens: labora et tu ita conti
gnare domus tuā ut de te quoqꝫ poſſit dici Trabes
domuus noſtrarus cædri et cōtignationes noſtræ cy
preſſi. Poſt hæc ſponſus loquitur Ego flos cāpi et li
lius conuallius propter me qui in ualle erā deſcendit
in uallē. Et in uallē ueniens fit lilius Pro ligno uitæ
quod plantatus eſt iparadiſo dei totius cāpi ideſt toti
us mundi et uniuerſæ terræ: flos factus eſt Quid eis
ſic poteſt eſſe flos mundi ut uocabulus chriſti: Vn
guentus effuſus nomen eius. Aliter idipſus dicitur. e
go flos cāpi et lilius conuallius et hæc quidem de ſe
metipſo. Deinde ſponſas laudās ait Vt lilius in medi
o ſpinarus: ſic proxima mea in medio filiarus. Sicut
lilius ſpinis non poteſt cōparari: inter quas ſemper e
xoritur: eodē modo proxima mea ſuper oēs filias li
lius eſt in medio ſpinarus. Iſta audiens ſponſa uicē
reddit ſponſo: et ſentiens etiā illius ſuauitatē in uocē
laudantis erumpit Vnguentorum quippe odor licet
ſuauiter ſpiret et ſenſus odore demulceat: non tamē
eiuſmodi eſt ut ſuaue ſit ad edendus. Eſt autē aliquid
quod optimi et ſaporis ſit et odoris .i. ut fauces dul
core delectet: et ſpiritus mulceat odoratu. Tale eſt ma
lus et iſtiuſmodi eſt naturæ ut in ſe utraqꝫ poſſideat ic
circo uolens non ſolus beneolentiā ſermonis: ſed et
dulcorē eius ſponſa laudare ait Vt malus in lignis
ſiluæ ita fratruelis meus in medio filiorus Omnia li
gna: omnes ſiluæ arbores ad cōparationē ſermonis
dei ſiluæ inferaces exiſtimātur. Ad chriſtus ſaltus eſt
oē quod dixeris et infructuoſa ſunt omnia Quæ eis
poſſunt dici ad eus cōparata fructifera etiā ligna quæ
uidebantur fructibus incuruari: ad collationē aduen
tus eius infructuoſa monſtrata ſunt. Ideo ut malus
in lignis ſiluæ: ita fratruelis meus in medio filiorū.
In umbra eius concupiui et ſedi. Quā pulchre non a
it In umbra illius concupiſco ſed in umbra eius con
cupiui: et non ſedeo ſed ſedi? Siquidē in pricipio ñ
poſſumus cum eo proprium conferre ſermonē. uerū
etiā in pricipio ut ita dicā quadā maieſtatis illius um

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bra perfruimur. Vnde et in prophetis legitur Spiri
tus faciei nr͞e chriſtus dominus: Cui diximus in um
bra eius uiuemus in gētibus et ab umbra ad umbrā
aliā tranſmigramus. Sedentibus enim in regione et
in umbra mortis lux orta eſt eis. Et tranſeamus ab
umbra mortis ad umbram uitæ Semper iſtiuſmodi
ſunt profectus ut in exordio deſideret quiſpiam ſaltis
in uirtutis umbra conſiſtere. Ego puto ideo et nati
uitatem ieſu ab umbra cœpiſſe: et non in umbra ſed
in ueritate finitam. Spiritus inquit ſanctus ueniet in
te et uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Natiuitas chri
ſti ab umbra ſumpſit exordius. Non ſolus autē i ma
ria ab umbra eius natiuitas cœpit: ſed et in te. ſi di
gnatus fuerit naſcitur ſermo dei. Fac igitur ut poſſis
capere umbram eius: et cum umbra fueris dignus ef
fectus: ueniat ad te ut ita dicam corpus eius: ex quo
umbra naſcitur Nam in modico fidelis et in maiori
bus erit fidelis. In umbra eius concupiui et ſedi. Vi
des quia non ſemper in umbra ſtetit: ſed inde ad me
liora tranſierit dicens. Et fructus eius dulcis in gut
ture meo: ego inquit deſideraui in umbra eius requi
eſcere. Sed poſtq̄ ſua me contexit umbra: etiam fru
ctu illius ſaturatus ſum. Et fructus eius dulcis in gut
ture meo: Introducite me in domum uini. Foris ſte
tit ſponſus et ab ſponſa ſuſceptus eſt: In medio quip
pe uberum eius requieuit. Proximæ iuuenculæ non
ſunt iſtiuſmodi ut ſponſum hoſpitem habere mereā
tur. Multitudini foris in parabolis loquitur Quam
uereor non multæ adoleſcentulæ nos ſimus Introdu
cite me in domum uini: Cur tam diu foris maneo? ec
ce ſto ad hoſtium et pulſo ſi quis mihi aperuerit: in
grediar ad eum et cœnabo cum eo et ipſe mecum In
troducite me. Et nunc eadem dicit ſermo diuinus Ec
ce Chriſtus loquitur Introducite me Vobis quoque
catechuinis loquitur Introducite me non ſimpliciter
in domum: ſed in domum uini: Impleatur uino lætiti
æ: uino ſpiritus ſancti anima ueſtra: et ſic introducite
in domum ueſtram ſponſam uerbum ſapientiam ue
ritatem Poteſt autem et ad eos dici: qui nūdum per
fecti ſunt Introducite me in domum uini: ordinate i
me caritatem. Eleganter locutus eſt ordinate Pluri
morum quippe inordinata eſt caritas: quod i primo
loco debent diligere: diligunt in ſecundo qđ in ſecun
do diligunt in primo: et quod oportet amare quarto
amant tertio: et rurſum tertium in quarto et eſt in ple
riſq; caritatis ordo peruerſus: Sanctorum uero cari
tas ordinata eſt. Volo ad intelligendum hoc quod
dictum eſt Ordinate in me caritatem aliqua exēpla
replicare. Vult te ſermo diuinus diligere patrem et fi
lium filiam: uult te ſermo diuinus diligere Chriſtum:
nec dicit tibi ne diligas liberos: ne parentibus caritate
iungaris. Sed quid tibi dicit? ne inordinatam habe
as caritatem: ne primum patrem: aut matrem: deinde
me diligas: ne filii et filiæ pluſq̄ mei caritate tenearis
Qui amat patrem aut matrem ſup me non eſt me di
gnus. Qui amat filium aut filiam ſuper me: non eſt
me dignus. Recolæ ɔſciētiā tuā de patris matris fra
tris ue affectu. conſidera qualem circa ſermones dei
et ieſum habeas caritatem: ſtatim deprehendens ma
gis te filium et filiam diligere q̄ uerbum magis te
parentes amare q̄ chriſtum. Quis putas ita profecit
e nobis ut præcipuam et primam inter omnes ſermo
nes dei habeat caritatem: qui i ſecundo loco liberos
ponat? Iuxta hunc modum ama uxorem tuam. Nul
lus quippe aliquando ſuam carnem odio habuit: ſed
amat ut carnem. Et erunt inquit duo in carne una: ñ
in uno ſpiritu: Ama et deum ſed ama illum non ut

carnem et ſanguinem: ſed ut ſpiritum. Qui eis adhæ
ret deo unus ſpiritus eſt. Igitur ordinata eſt caritas
in perfectis. Vt autem poſt deum etiam inter nos or
do ponatur: primum mandatum eſt: ut diligamus pa
rentes: ſecundum ut filios tertium ut domeſticos no
ſtros. Si autes filius malus eſt: et domeſticus bonus
domeſticus in caritate filii collocetur. et ita fiet ut ſan
ctorum caritas ordinata ſit. Magiſter quoq; noſter
et dominus in euangelio præcepta de caritate conſti
tuens ad uniuſcuiſq; dilectionem proprium aliquid
appoſuit: et dedit intelligentiam ordinis his qui poſ
ſunt audire ſcripturam dicentes Ordinate i me carita
tem: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tu
o: et ex tota anima tua: et ex tota mente tua: et ex to
ta uirtute tua: et diliges proximum tuum ut te ipſus.
Non proximum ex toto corde: et ex tota anima: et
ex tota uirtute: et ex tota mente. Rurſum inquit dili
gite inimicos ueſtros: et non appoſuit ex toto corde.
Non eſt inordinatus ſermo diuinus: nec impoſſibilia
præcepit: nec ait diligite inimicos ueſtros ut uoſmet
ipſos: ſed tantum diligite inimicos ueſtros: Sufficit
eis q̄ ſi eos diligimus et odio non habemus. Proxi
mum uero ut temetipſum. Porro deus ex toto cor
de et ex tota anima et ex tota mente: et ex tota uirtu
te. Si hæc intellexeris et intellecta compleueris: feci
ſti quod ſponſi ſermone præcipitur. Introducite me
in domum uini: ordinate in me caritatem Quis
putas e nobis caritatis eſt ordinatæ? Confirmate me
in unguentis. Vnus de interpretibus oinanon alias

Hec autem ſponſa lo
quitur: ſtipate me in malis inquibus malis? Vt malū
in lignis ſiluæ: ita fratruelis meus in medio filiorum
iccirco in malis eius ſtipate me quia uulneratæ carita
tis ego. Quam pulchrum eſt q̄ decorum a caritate
uulnus accipere: Alius iaculum carnei amoris acce
pit: Alius terreno cupidine uulneratus eſt: tu nuda
membra tua: et præbe te iaculo electo: iaculo formo
ſo: Siquidem deus ſagittarius eſt. Audi ſcripturam
de hoc eodem iaculo loquentem immo ut amplius
admireris: audi ipſus iaculus quid loquatur Poſuit
me ut ſagittā electā: et in pharetra ſua ſeruauit: et di
xit mihi. Magnus eſt tibi hoc uocari puerum meus
Intellige ſagttā quid dicat et quomodo a deo ſit elec
ta Quam beatum eſt hoc iaculo uulnerari. Hac ſagit
ta fuerant uulnerati illi: qui inter ſe inuicem confere
bant Cor noſtrum erat ardens in nobis in uia cum
aperiret nobis ſcripturas. Si quis ſermone noſtro:
ſi quis ſcripturæ diuinæ magiſterio uulneratur et po
teſt dicere quia uulneratæ caritatis ego: hunc et illud
forſitan ſequitur Quid forſitan dico? manifeſtam pro
mo ſententiā Siniſtra eius ſub capite meo: et dexte
ra eius amplexabitur me. Habet in ſiniſtra et in dex
tera ſermo dei ſapientiam. Cum pro intellectus uari
etate ſit multiplex in ſubiacenti una eſt: ipſe Salomō
de leua et dextera ſapientiæ docuit dicens Longitu
do enis et anni uitæ in dextera eius: In ſiniſtra autē
eius diuitiæ et gloria. Igitur leua eius ſub capite me
o: ut me faciat requieſcere: et brachius ſponſi fiat cer
uical meus: et reclinetur animæ principale ſuper ſer
mones dei Leua eius ſub capite meo Non expedit ti
bi habere ceruicalia quæ lamentatio ſequitur. In Eze
chiele ſcriptum eſt Ve his qui conſuunt ceruicalia
ſub omni cubitu manus: Noli conſuere ceruicalia:
noli capiti aliunde requiem quærere. Habe ſponſi le
uā ſub capite tuo: et dic leua eius ſub capite meo: quē
cum habueris: omnia tibi quæ ſunt in leua tribuun
tur: Dicis quippe in ſiniſtra eius diuitiæ et gloria e



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dextera eius complexabitur me. Totum te ſponſi dex
tera complectatur. Longitudo quippe et anni uitæ in
dextera eius: et ob id longæ uitæ et multorum anno
rum eris ſup terram bonā quam dominus deus tuus
dat tibi: Adiuraui uos filiæ hieruſalem in uirtutibus
et in uiribus agri. Quid adiurat ſponſa filias hieruſa
lem: ſi leuaueritis et ſuſcitaueritis caritatem: Quādiu
caritas dormit in uobis o filiæ hieruſalē: o adoleſcen
tulæ: que in me non dormit quia uulnerata ſum cari
tate: in uobis autem quæ plures eſtis et adoleſcentu
læ et filiæ hieruſalem: dormit caritas ſponſi. Adiuraui
ergo uos filiæ hieruſalem ſi leuaueritis et non ſolum
leuaueritis: ſed et ſuſcitaueritis quæ in uobis eſt cari
tatem Creator uniuerſitatis cum uos conderet: inſe-
ruit cordibus ueſtris ſemina caritatis. Nunc autem ſi
cut alibi dicitur iuſtitia dormit in ea ſic dilectio dor-
mitat in uobis. Iuxta quod et alibi dicitur Spon-
ſus requieuit ut leo et ut catulus leonis Adhuc
in infidelibus et in his qui corde ſunt dubio dor-
mitat ſermo diuinus: Vigilat in ſanctis: dormit in
his qui tempeſtatibus fluctuant: Suſcitatur uero eo
rum uocibus qui cupiunt ſponſo uigilante ſaluari: ſta
tim fit eo uigilante tranquillitas: ſtatim undarum mo
les conquieſcunt: ſpiritibus contrariis increpatur: flu
ctuum rabies ſilet: Illo dormiente tempeſtas: mors
et deſperatio eſt: Adiuro ergo uos filiæ hieruſalem ī
uirtutibus et in uiribus agri. cuius agri? nempe illius
agri pleni quem benedixit dominus. Si leuaueritis
et ſuſcitaueritis caritatem quoadusq; uelit Vox fratru
elis mei. Ecce hic uenit ſaliens ſuper montes. hæc
adhuc loquitur eccleſia exhortās adoleſcētulas ut ad
ſponſi præparentur aduentum: ſi tamen uenire uolue
rit: et ſuum illis præbere colloquium. Adhuc igitur
loquente ea aduenit ſponſus: quem digito monſtrat
et dicit Ecce hic uenit ſaliens ſuper montes. Intellige
ſponſæ animā beatā atq; perfectā: quæ citius uideat
citius ſermonis contēpletur aduentum: quæ ſibi ſapiē
tiā ueniſſe ſentiat et caritatē: et dicat non uidentibus
ecce hic uenit: Orate ut et ego poſſim dicere ecce
hic uenit: Si enim potuero dei diſſerere ſermonem
quodāmodo et ego dico ecce hic uenit. Quo? non u
tiq; ubi uallis: nō ubi humilia loca. quo uenit? saliēs
ſuper montes: tranſiliens ſuper colles. Si fueris mōs
ſalit in te ſermo dei: ſi non ualueris eſſe mons ſed fu
eris collis ſecundus a monte tranſiliet ſuper te. Quā
uero pulchra et conuenientia rebus uocabula? Salit
ſuper montes: quia maiores ſunt: tranſilit colles: qui
a minores ſunt. Non tranſilit ſuper montes: non ſa
lit ſuper colles. Ecce hic uenit ſaliens ſuper montes
tranſiliens ſuper colles. Similis eſt fratruelis me
us capreæ Aut hinnulo ceruorum in mōtibus bethel.
Hec duo animalia frequentius in ſcripturis nominā
tur. Et quo āplius admireris ſæpius iuncta ponūtur.
Et hæc ſunt ait quæ māducabis Poſt paululum infe
rens capreā et ceruum. In præſenti quoq; libro pari
ter appellantur ceruus et caprea. Quodāmodo enim
cognita ſibi et uicina ſunt iſta animalia. Caprea ideſt
dorcas acutiſſime uidet: ceruus ſerpentum īterfector
eſt. Quis putas eſt dignus e nobis qui iuxta dignita
tem loci atq; myſterii plenā poſſit explicare rationē?
Oremus deum ut nobis largiatur ſenſum ad aperien
das ſcripturas et poſſimus dicere: Quomodo aperi-
et nobis ieſus ſcripturas. Quid igitur dicimus: quia
dorcas hoc eſt caprea ſecundum eorum phyſiologias
qui de naturis omnium animalium diſputant: ex inſita
ſibi ui nomen acceperit. Ab eo enim ꝙ acutius uideat
ideſt ἀπό τοῦ ὀξέωσ Δέρκειν dorcas appellata ē.

Ceruus uero ſerpentum inimicus ac debellator eſt: i
ta ut ſpiritu narium eos extrahat de cauernis: et ſupa
ta pernicie ueneni eorum pabulo delectetur. Forſitan
ſaluator meus caprea ſit iuxta theoriā: Ceruus iuxta
opera. Quænā iſta ſunt opera? Interficit ipſe ſerpen
tes: contrarias fortitudines iugulat. Ideo dicā ei. Tu
contriuiſti capita draconum ſuper aquā: tu contriuiſti
capita draconis. Similis eſt fratruelis meus capreæ
hinuloq; ceruorū ſup mōtes bethel. bethel quippe i
terpretatur domus dei: Nā oēs montes domus dei
ſunt: ſed hi qui mōtes eccleſiæ ſunt. Inueniuntur quip
pe et alii mōtes erecti et cōſurgētes aduerſus ſciētiam
dei mōtes allophylorum et ægyptiorum. Vis ſciī qui
a ſimilis ē fratruelis meus capreæ hinnuloq; ceruo
rum ſup mōtes bethel? Eſto mōs eccleſiaſticus: mōs
domus dei et ueniet ad te ſpōſus ſimilis capreæ uel
hinnulo ceruorum ſup mōtes bethel. Cernit ſpōſum
appropiquaſſe uicinus: qui añ ſup mōtes uerſabatur
et colles. aſſimulat eum tranſiliētē atq; ſaliētē et poſt
hæc ad ſe et ad alias adoleſcentulas aduniſſe cogno
ſcens dicit Ecce hic retro poſt parietē nrūm Si ædifica
ueris parietē et feceris ædificationē dei: ueniet poſt
parietē tuum proſpiciēs p feneſtras: Una feneſtra u
nus ē ſenſus. p hunc proſpicit ſponſus: Alia feneſtra
alius ē ſenſus: et p hunc ſpōſus ſolicite cōtuetur. Per
quos eis ſenſus nō proſpicit ſermo dei? Quid ſit añt
proſpicere p feneſtras: et quō p eas ſpōſus aſpiciat
ſequēs docebit exēplum. Ubi nō proſpicit ſpōſus: ibi
mors īuenitur aſcēdēs ut legimus ī Hieremia. Ecce
mors aſcēdit p feneſtras urās. Qñ uideris mulierem
ad cōcupiſcendum eā: iā mors aſcendit p feneſtras tu
as. Eminēs p retia Intellige quia ī medio laqueorum
ābulas: et ſubtus machinas trāſeas iminentes. Oia
retibus plena ſunt: diabolus laqueis cuncta cōpleuit.
Si añt uenerit tibi ſermo dei: et cœperit eminere de
retibus: dices Aia nrā ſicut paſſer erepta eſt de laqueo
uenātium: Laqueus cōtritus eſt: et nos liberati ſumus
Benedicti uos domino qui fecit cælum et terrā Emi
net igitur ſponſus per retia uiā tibi faciēs. Ieſus de
ſcēdit ad terras ſubiecit ſe retibus mundi. Videns ma
gnum hominum greges retibus impeditum: nec ea ab
alio niſi a ſe poſſe conſcindi: uenit ad retia aſſumens
corpus humanum quod inimicarum fortitudinum laq̃
is tenebatur. Ea tibi dirupit et loqueris. ecce hic retro
parietem noſtrum proſpiciens per feneſtras eminens
per retia. Cum eminuerit dicit tibi: Reſpondit fratrue
lis meus et dicit Surge ueni proxima mea: uiā tibi
feci: conſcidi retia: ſic ueni ad me proxima mea: ſpeci
oſa mea: colūba mea. Cur ait ſurge: cur propera? ego
pro te ſuſtinui rabiē tēpeſtatū: ego fluctus qui tibi de
bebantur excepi. Triſtis eſt facta anima mea propter
te uſq; ad mortem. Surrexi a mortuis fractis mortis
ianuis et inferni uinculis diſſolutis. Ideo dico tibi
ſurge ueni proxima mea ſpecioſa mea: columba me
a: quia ecce tranſiuit hiems: pluuia abiit: flores uiſi
ſunt in terra. ego a mortuis ſurgens tempeſtate com
preſſa tranquillitatem reddidi. Et quia ſecundum di
ſpenſacionem carnis ex uirgine et uoluntate patris
creui et ſapientia atq; ætate profeci: flores uiſi ſunt
in terra: tempus ſectionis adeſt. ſectio remiſſio pecca
torum eſt Omnem enim ait ramum in me manentē
et afferentē fructum pater meus mundat ut fructus
maiores afferat habeto fructus et priora quæ in te ī
fructuoſa ſunt auferentur. Tempus quippe ſectionis
adeſt. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Non ſi
ne cā in ſacrifitiis aſſumitur par turturum aut duo pul
li columbarum. Nam idem ualent et nunc̄ dictum ē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeparatim par tantum mō columbarum:ſed par turtu
rum aut duos pullos columbarum. Colūba ſpiritus
ſanctus eſt: Spiritus autem ſanctus quando de ma
gnis et occultioribus ſacramentis et quæ multi cape
re non poſſunt loquitur in turturis appellatione ſigna
tur ideſt i eius auis quæ ſemper in mōtium iugis et ī
arborum uerticibus cōmoratur In uallibus autem et
in his quæ ad homines uſqꝫ perueniunt:columba aſ
ſumitur: Deniqꝫ ſaluator quia dignatus eſt homines
aſſumere uenit ad terras:multiqꝫ tunc circa iordanē
peccatores erant. Iccirco ſpiritus ſanctus non in tur
turem uertitur:ſed columba fit inter nos pp hominū
multitudinē auis māſuetior ꝯuerſatur. turtur aūt uid
tur uerbi gra moyſi et uni cuilibet prophetarum rece
dentius in montes et deſerta: et ibi accipientium ſer
mones dei. Vox ergo turturis audita eſt in terra no
ſtra. ficus produxit groſſos ſuos. A ficu dinoſcite pa
rabolas Cum ramus eius tener factus fuerit et folia
miſerit:ſcitote quia iuxta eſt æſtas. Vult nobis dei e
loquius nuntiare poſt hyemes:poſt procellas anima
rum appropiquaſſe meſſes:et ait Ficus produxit groſ
ſos ſuos:uites floreſcunt dederunt odorē: ſi ias rum
puntur in florē. tempus adueniet et erunt uuæ. Sur
ge ueni proxima mea: ſpecioſa mea: columba mea.
Hæc quæ ſuperius expoſuimus ſponſa non audienti
bus adoleſcētulis:ſed ſola ſponſa audiens loquitur.
Volumus autes et ipſius ias audire ſermonē Loquē
tis ad ſponſas Surge ueni proxima mea:colūba me
a:et ueni columba mea ſub tegmine petræ et moyſes
ſub tegmine petræ ponitur: ut uideat poſteriora dei i
tegmine antemuralis. Primus ueni ad id ꝙ ante mu
rum eſt:et poſtea poteris introire ubi murus ē petræ
Oſtende mihi faciē tuā Vſqꝫ ad præſentē diē. ſimilia
dicuntur ad ſponſas. Necdus enim habebat fiduciā:
ut reuelata facie gloriā domini contemplaretur. Qui
a uero ias ornata eſt: atqꝫ compoſita dicitur ei Oſtē
de mihi faciē tuā. Nondus enis erat uox eius ita ſua
uis ut mereretur ei dici Audiꝫ me fac uocē tuā. Quā
do ergo didicit loqui: Tace enis ait et audi iſrahel: Et
ſcito quid loquaris: et ſuauis facta eſt uox eius ſpon
ſo ſecundus illud propheticus Suauis fiat ei poſtula
tio mea. Tunc ad eas ſpōſus effatur et audire me fac
uocē tuā quia uox tua ſuauis eſt. Si aperueris os tu
us uerbo dei dicet tibi ſponſus Vox tua ſuauis eſt:et
aſpectus tuus ſpecioſus. Quapropter conſurgentes
deprecemur dominus ut digni efficiamur ſponſi ſer
mone Sapientia chriſto ieſu cui eſt gloria et imperiū
in ſæcula ſæculorus Amen.

¶ Cōmentarius in cantica canticorus in quatuor libros
uel omelias diſtinctus quod in quodā exemplari no
mine beati Hieronymi repperi prænotatus. quod
probare uidetur eius aſſertio in libro uirorus Illuſtri
us: Vbi ſe quatuor omelias in cantica canticorus ſcri
pſiſſe cōmemorat Sed in uetuſto et probato uolumi
ne hoc ipſus cōmentarius Origenis inſcribitur Sed
minime duabus præſcriptis ex Origene traductis cō
uenit quæ ēt ſuperſluo traductæ uel poſt repetitæ fuiſ
ſent. Sagax igitur lector inquirat.

Epithalamiū libellus. ſ. nuptiale car
mē i modū mihi uidetur dramatis
a ſalomone conſcriptus: Ques ceci
nit inſtar nubentis ſponſæ et erga
ſponſus ſuus qui eſt ſermo dei cæle
ſti amore flagrātis. Adamauit enis
eus ſiue anima quæ ad imagines e
ius facta eſt:ſiue eccleſia. Sed et magnificus hic ipſe
atqꝫ perfectus ſponſus quibus uerbis uſus ſit ad cō
iunctā ſibi animā uel eccleſiā hæc ipſa ſcriptura nos e
docet. Sodales ſponſæ quoqꝫ adoleſcentulæ cus ſpō
ſa poſitæ quæ dixerint quæqꝫ etias amici ac ſodales
ſponſi ex eodē nihilominus libro qui cāticuscantico
rum attitulatur agnoſcimus. Poſſibilitas enim data ē
ēt ipſis amicis ſponſi aliqua dicere:ea dumtaxat quæ
audierant ab ipſo ſponſo Letantes de coniunctione
ſponſæ. Fit ergo ſermo ab ipſa ſponſa non ſolus ad
ſponſus ſed etiā ad adoleſcentulas: Et rurſus ſponſi
ſermo non tātummō ad ſponſas:ſed etiā ad amicos
dirigitur ſpōſi. Et hoc eſt quod ſupra diximus carmē
nuptiale in modus dramatis eſſe conſcriptus Drama
enis dicitur ut in ſcænis agi fabula ſolet ubi diuerſæ p
ſonæ introducuntur Et aliis accedentibus: aliis etias
diſcedentibus a diuerſis et ad diuerſos textus narra
tionis expletur. Que ſingula ſuo ordine ſcriptura hæc
continet: totumqꝫ corpus eius myſticis formatur elo
quiis. Sed primo ſcire nos oportet: quoniam ſicut
puerilis ætas non mouetur ad amores poſſibilium:
ita nec ad capiendus quides uerba hæc paruula et in
fantilis interioris hominis ætas admittitur: illorum
ſcilicet qui lacte in chriſto aluntur nō cibo forti et qui
nunc primus rationabile et ſine dolo lac concupiſcūt.
In uerbis enis canticicanticorus: ille cibus eſt de quo
dicit apoſtolus. Perfectorus autes eſt ſolidus cibus
Et tales requirit auditores qui pro poſſibilitate ſumē
di exercitatos habeāt ſenſus ad diſcretiones boni uel
mali. Et quides paruuli quos diximus ſi ueniant ad
hæc loca Poteſt fieri ut nihil quidē ex hac ſcriptura
proficiāt: nec tamē ualde læd ātur uel ipa quæ ſcripta
ſunt legentes: uel quæ ad explanationē eorus dicēda
ſunt recenſentes. Si uero aliquis acceſſerit qui ſecun
dum carnē tātummodo uir eſt huic tali non parum
ex hac ſcriptura diſcriminis periculiqꝫ naſcetur. Audi
re enis pure et caſtis auribus amoris nomina neſciēs
ab interiore homine ad exteriorem et carnalē uirum
omnem deflectet auditus. Et a ſpiritu conuertetur ad
carnes nutrietqꝫ in ſemetipſo concupiſcentias carna
les: et occaſione diuinæ ſcripturæ cōmoueri et incita
ri uidebitur ad libidinē carnis. Ob hoc ergo moneo
et conſilius do omni qui nundus carnis et ſanguinis
moleſtiis caret. neqꝫ ab affectu naturæ materialis ab
ſcedit ut a lectione libelli huius: eorumqꝫ quæ in eo
dicentur penitus temperet. Aiūt enim obſeruari etiā
apud hebræos qđ niſi quis ad ætates pfectā maturā
qꝫ puenerit Libellum hunc quidē nec in manibus te
nere permittatur. Sed et illud ab eis accepimus cu
ſtodiri: quoniā quidē moris eſt apud eos omnes ſcri
pturas a doctoribus et ſapientibus tradi pueris ſimul
et eas quas Δευτερώσεισ appellant: Ad ultimum
quatuor iſta reſeruari ideſt principius geneſis: in quo
mundi creatura deſcribitur: Et Ezechielis prophetæ
principia in quibus de cherubi profertur: et finem in
quo templi ædificatio continetur: et hunc canticican
ticorus librus. Igitur neceſſarius mihi uidetur ante
ꝙ ad ea quæ in hoc libello ſcripta ſunt diſcutienda ue
niamus de amore prius ipſo qui eſt ſcripturæ huius
cā præcipua pauca differere: Et poſt hæc de ordine li
brorus ſalomonis in quibus hic liber tertio loco po
ſitus uidetur: Tus etiā de attitulatione libelli ipſius
Cur canticumcanticorum ſuperſcriptus ſit: atqꝫ etias
quomodo dramatis in modum et tanꝙ fabula quæ
in ſcænis, perſonarum inmutatione agi ſolet uideatur
eſſe cōpoſitus. Apud græcos quidem plurimi erudito
rus uirorus uolentes inueſtigare ueritatis imagines



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de amoris natura multa ac diuerſa etiã dialogoꝛũ
ſtilo ſcripta protulerũt conantes oſtendere non aliud
eſſe amoris uim niſi quę animam de terris ad faſtigi
a cęli celſa perducat : nec ad ſummã poſſe beatitudi
nem perueniri niſi amoris deſiderio prouocãte . ſed
et quęſtiones de hoc quaſi in conuiuiis propoſitę re
feruntuꝛ inter eos puto inter quos ñ ciboꝝ ſed uer
borum conuiuium gerebatur . Alii uero etiam artes
quaſdam quibus amor hic in anima gigni uel augeri
poſſe uidetur conſcriptas reliquerunt . ſed has artes
carnales homines ad uicioſa deſideria et culpabilis
amoris miniſteria traxerunt. Non ergo mirũ ſit ſi et
apud nos ubi quanto plures ſimpliciores tanto plu
res et imperitiores uidentur difficilem dicimus et pe
riculo proximã de amoris natura diſputationem: cũ
apud gręcos qui ſapientes et eruditi uidentur: fuerit
tamen aliqui qui de iis non ita acceperint ut ſcriptũ
ẽ: ſ; occaſiõe eorũ q̃ d̃ amoꝛ dc̃a ſunt ĩ lapſus carnis
et in ĩpudicitię pręcipitia corruerũt: ſiue ex his q̃ ſcri
pta erãt ut ſup̃ mẽorauimus admõitiões quaſdã et
icitamẽta ſumẽtes : ſiue incontinentię ſuę uelamen
ſcriptis ueterum pręferentes. Ne ergo et nos tale a
liquid incurramus: ea quę a ueteribus bene et ſpirita
liter ſcripta ſunt uitioſe et carnaliteꝛ aduertentes tam
corporis q̃3 animę noſtrę palmas protendamus ad
deum ut dominus qui dedit uerbum euangelizanti
bus uirtute multa donet et nobis in uirtute ſua uer
bum quo poſſimus ex his quę ſcripta ſunt intellectũ
ſanum et ad ędificationem pudicitię aptum uel no-
mini ipſi uel naturę amoris oſtendere. In principio
uerborum Moyſi ubi de mundi conditione conſcri
bituꝛ duos inuenimus homines creatos referri. Pri
mum ad imaginem et ſimilitudinem dei factum: ſecũ
dum e limo terre factum. Hoc Paulus apoſtolus be
ne ſciens et ad liquidum in his eruditus in ſuis litte
ris apertius et euidentius binos eſſe et per ſingulos
quoſq3 homines ſcripſit. ſic enim dicit Nã ſi his qui
foris eſt homo noſter corrumpitur ſed ille qui intus
eſt renouatur de die in diem. Et iterum Condelector
enim legi dei ſecundum interiorem hominem et his
ſimilia aliquanta conſcribit. Unde puto neminem iã
debere dubitare quod Moyſes de duorum homi
num factura uel figmento ſcripſerit in principio gene
ſis cum uideat Paulum qui melius utiq3 quã nos i
telligebat ea quę a moyſe ſcripta ſunt Duos homi
nes eſſe per ſingulos quoſq3 dicentem: quorũ unũ
ideſt iteriorẽ renouari per ſingulos dies memorat:
Alium uero idẽ exteriorem in quibuſdam ſanctis et
talibus qualis erat Paulus corrumpi perhibet et in
firmari. Quod ſi et alicui uidebitur de hoc adhuc ali
quid dubitandum. in locis propriis melius explana
bitur . Nunc autem propteꝛ quod memoriam feceri
mus interioris et exterioris hominis proſequamur.
Oſtendere enim ex his uolumus qd̃ ſcripturis diui
nis per mononymas ideſt per ſingulas appellatiões
immo per ſingula uocabula et exterioris hominis
mẽbra et illius interioris hominis partes affectuſq3
nominantur: eaq3 non ſolum uocabulis ſed et rebus
ipſis ſibi inuicem comparantur. Uerbi gratia Uetatur
eſſe aliquis puer ſecundum interiorem hominẽ quẽ
poſſibile eſt creſcere et ad ętateꝫ iuuenis adduci : at
q3 inde ſuccedentibus incrementis peruenire ad ui
rum perfectum et effici patrem . His autem nomini
bus uti uolumus ut conſona diuinę ſcripturę illi ſcili
cet quę ab Joanne ſcripta eſt uocabula poneremus.
Ait eiꝫ ille Scripſi uobis pueri quoniã cognouiſtis
pr̃eꝫ: ſcripſi uobis patres quoniam cognouiſtis eum
qui ab initio eſt . Scripſi uobis iuuenes quoniam
fortes eſtis: et per uerbum dei qd̃ manet in uobis ui
ciſtis malignũ . Euidens utiq3 eſt nec ab ullo oĩno
arbitror dubitari q̄ pueros hic Joannes uel adoleſcẽ
tes aut iuuenes uel etiã patres ſecundũ animę non
ſecundum corporis appellat ętatem Sed et paulus
dicit in quodã loco Non potui uobis loqui quaſi ſpi
ritualibus ſ; quaſi carnalibus Tã q̃3 paruulis ĩ chriſto
Lac potũ uobis dedi non eſcã. In chriſto auteꝫ par
uuli procnldubio ſecundum animę non ſecundũ car
nis nominantur ętatem. Deniq3 idem Paulus etiã
in alio loco ait. Cum eſſem paruulus ſicut paruulus
loquebar : ſicut paruulus ſapiebã: ſicut paruulus co
gitabã. Cum auteꝫ factus ſũ uiꝛ: deſtruxi quę erant
paruuli. Et iterum alias dicit donec occurramus om
nes in uirum perfectum in menſuram ętatis plenitudi
nis chriſti. Scit enim occurſuros eſſe omnes qui cre
dunt in uirum perfectum et in menſuram ętatis ple
nitudinis chriſti. Igitur ſicut hęc quę memorauimus
ętatum nomina eiſdem uocabulis et exteriori homi
ni aſcribuntur et interiori: ita inuenies etiã mẽbrorũ
nomina corporalium transferri ad animę mẽbra ſeu
potius efficientie hę animę affectuſq3 dicendi ſunt.
Dicitur ergo in eccleſiaſte Sapientis oculi in capite e
ius. Item in euãgelio. Qui habet aures audiendi au
diat. In prophetis quoq3 ſermo domini qui factus ẽ
in manu Hieremię prophetę ſiue alterius cuiuſlibet
Simile eſt et illud quod ait Pes autem tuus non of
fendit. Et iterum Mei autem paulominus moti ſũt
pedes Euidenter quoq3 et uenter animę deſignatur
ubi dicitur Domine a timoꝛ tuo in utero cõcepimus.
Nam inde quis dubitet cum dicitur Sepulchrũ pa
tens eſt guttur eorum. Et iterum Pręcipita domine
et diuide liguas eorum. Sed et qd̃ ſcriptum eſt Den
tes peccatorum contriuiſti: Et iterum Contere brachi
um peccatoris et maligni. Et quid opus ẽ me de his
plura colligere cum abundantiſſimis teſtimoniis ſcri
pturę diuinę repletę ſunt: ex quibus euidenter oſten
ditur mẽbrorum hęc nomina nequaquã corpori ui
ſibili aptari poſſe . ſed ad inuiſibilis animę partem
uirtuteſq3 debere reuocari Quoniã et uocabula qui
dem habent ſimilia: aperte autem et ſine ulla ãbigui
tate non exterioris ſed interioris hominis ſignifican
tias gerunt. Eſt ergo materialis huius hominis: qui
et exterior appellatur cibus potuſq3 naturę ſuę co
gnatus corporeus iſte ſcilicet et terrenus: Similiter
autem et ſpiritalis hominis ipſius qui et interior di
citur eſt proprius cibus ut panis ille uiuus qui de cę
lo deſcendit: Sed et potus eius eſt ex illa a qua quã
promittit ieſus dicens Quicũq3 biberit ex hac aqua
quam ego do ei non ſiciet inęternum . Sic ergo per
ſi qua iſrahelitica mulier adulterauerit: lapidetur. Si
uero filia ſacerdotis: ignibus exuratur. Sic ergo iuſta
uidebitur ēe cōminatio in eos qui capaces eſſe poſſūt
ad agnitionē et ſciētiā: ſed per deſidiam negligunt. In
quos iuſtiſſima idignatio ſpōſi ē: quia ſcit unius negli
gētiā cedere ad dāna multorum. Similis enis uidebi
tur huiuſmodi aia uel illi qui acceptum denarium ab
ſcondit in terrā: ne lucri aliquid ex eo pecuniæ domi
nus acquireret: uel illi quē occidiſſe dī deus quia mali
gnus erat onas ſcilicet qui accepta ſemina ſciæ natura
lis poſteritati inuidens profundebat ī terrā. Paſtores
quoq̄z ſic et ante iā diximus: ſiquidē ad eccleſiā cōmi
nationis hic ſermo fit mundi huius principes accipiē
di ſunt: uel illi āgeli: ſub quorum cura reliquæ gentes
habentur ſiue ſorte ī hoc: ſiue ſecretioribus cauſis qui
buſdā ſeductæ: Si uero ad unāquāq̄z animā cōminati
o iſta referatur quæ ſemetipſam negligit agnoſcere ſa
pientes et magiſtri huius ſæculi itelligendi ſunt: docen
tes ſapiētiā huius mundi ut in ſumma hoc intelligatur
quia neceſſe ē aimā eā præcipue quæ bona et pulchra
ē: ſenſibus et igenio uigilās cognoſcere ſemetipſam:
et dare operā ad agnitionē ſui per exercicia doctrinæ:
et ſtudia diuina: ac p hoc agi ſpiritu dei et ſpiritu adop
tionis: Aut ſi talis hæc aia ſemetipſas neglexerit: et a
diuinis ſtudiis declinauerit neceſſe ē eam operā dare
ſtudiis mundanis et ſapiētiæ ſæculi: et agi ſpiritu mun
di huius iterus ī timore. Quod deſignat apoſtolus cū
dicit. Nos autē nō ſpiritum huius mundi accepimus

ſed ſpiritum qui ē ex deo. Et iterum Non accepiſtis e
nim iterum in timore ſpritum ſeruitutis: ſed ſpiritus ac
cepimus adoptiōis i quo clamamus abba pater. Hęc
interim nobis de pręſenti loco occurrere potuerunt:
nunc iam conuertamur ad conſequentia. Equitatui
meo in curribus Pharaonis: ſimilem te arbitratus ſu3
proxima mea. Hiſtoricus quidem ſenſus hoc ē quod
uidetur oſtendere Sicut inquit tunc in ęgypto: cum
Pharao perſequens populum iſrael proceſſit in curri
bus et equitatu: et meus hoc ē domini mei ſponſi e
quitatus longe pręcellebat currus Pharaonis: et pręſtandior erat utpote qui illos ſuperauerit et in mare de
merſerit: ita et tu proxima mea ſponſa pręcellis omēs
mulieres ſimilis effecta equitatui meo: qui pharaōis
curribus comparatus potentior utiq3 eſt et magnificē
tior. interim uidetur ordo ſermonum ipſorum uerbo
rumq3 directio. Videamus autem ne forte ſecundum
intelligentiā myſticā animas quę ſunt ſub illo ſpirituali
pharaone et ſub ſpiritalibus nequitiis poſitę: currus
dicat eſſe pharaonis et quadrigas eius quas ipſe agit
et ducit ad perſequendum populum dei et ad opprimē
dum iſrael: Certum enim ē quia tentationes et tribula
tiones: quas excitāt dęmones ſanctis per animas ali
quas excitant ad hoc ipſu3 aptas et cōuenientes. Qui
bus tanq̄ curribus aſcenſis exagitant et impugnāt uel
eccleſiā dei uel ſingulos quoſdam fidelius. De equita
tu uero domini: qui ſit eius iſte equitatus i exodo qui
dem ubi ſuperantur currus pharaonis demerguntur
in mare nihil legimus ſcriptum niſi tātum ꝙ dominus
currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare
rubrum. Inuenimus tamen quarto regnorum libro
Quod Heliſęus de aduētibus hoſtium qui cum equi
tatu et curribus uenerāt formidāti puero ſuo dicit. ne
timeas: q̄m plures ſunt nobiſcum q̄ cum illis. Et ora
uit inquit Heliſęus et dixit Domine aperi oculos pue
ri huius ut uideat. Et aperuit dominus oculos eius et
uidit. Et ecce mons plenus equitibus erat: Et currus
ignei in circuitu Heliſęi qui deſcenderant ad eum. S3
et in propheta Abacuc manifeſte et euidenter legimus
dee quitatu domini: et ꝙ aſcendant equos ſuos Sunt
ergo ſcripturę uerba hęc. Nunquid fluminibus iraſce
ris domine aut in fluminibus furor tuus? aut in mari
rubro impetus tuus? quia aſcendens equos tuos: et e
quitatus tuus ſalus. Sunt ergo equi domini quibus
aſcendit et equitatus eius. Quos ego non alios ēe pu
to: q̄ illas animas quę frenum diſciplinę eius accipi
unt: et iugum portant ſuauitatis eius: et quę ſpiritu de
i aguntur: et in hoc eſt eis ſalus. In reuelatione Joan
nis Legimus ꝙ apparuit ei equus: et ſedēs ſuper eū
quidem fidelis et uerus: et cum iuſtitia iudicās: cuius
nomen eſt uerbum dei Ait ergo et uidi cęlum apertu3
et ecce equus albus: Et qui ſedebat ſuper eu3 uocaba
tur fidelis et uerus: et cum iuſtitia iudicās et pugnās:
et oculi eius ſicut flāma ignis et ſuper caput eius dia
demata multa: habentia nomen ſcriptum quod nemo
nouit niſi ipſe et adopertus erat ueſtimentum ſangui
ne conſperſum et uocabatur nomen eius uerbum dei
Et exercitus eius erat in cęlo et ſequebantur eum in e
quis albis induti biſſino albo puro. Sed opus eſt gra
tia dei: quę horum nobis aperiat intellectum: quo poſ
ſimus aduertere: quid iſtę indicent uiſiones: qui ſit e
quus albus: et qui ſit qui ſedet ſuper eu3: cuius nomē
ē uerbum dei. Et forte quidē dicet aliquis album ēē e
quu3 corpus quod aſſumpſit dominus et quo ille qui
in pricipio erat apud deu3. Deus uerbum uel ueſtitus
uel uectus eſt: Alius autem animā dicet: quā aſſump
ſit primo genitus omis creaturę: et de qua dicebat: po
teſtatē hēo ponendi eā: Et poteſtatē habeo iterum ſu
mendi eā. Alius uero utrunq3 ſimul corpus atq3 ani
mā quaſi ubi peccatum non fuerit equum dici album
putabit: alius adhuc quarto loco eccleſiā dicet: quę et
corpus eius nominatur album uideri equum: quaſi ñ
habentē maculā aut rugā: quā ſibi ipſe ſanctificauit la
uacro aquę. Secundum hęc autē ſingula ēt i la accipi
quę ſequuntur militiam cęli et exercitum uerbi dei: et
quomodo ſinguli quiq3 eorum ſequentes uerbu3 dei
equis albis ſedeant et biſſinis albis induantur et mun
dis. Huic ergo equo albo quo ipſe uehitur. qui uerbi
dei appellatur: uel huic equitatui cęleſti: qui eu3 ſequi
tur in albis nihilhominus equis comparat: et ſimilem
facit chriſtus eccleſiā ſuā. In curribus autē pharaonis
uel ita poſſumus accipere ut quātum hic domini equi
tatus: equitatu3 et currus pharaonis eminet et pręcel
lit: tantum tu quę pulchra es in mulieribus pręcellis
et emines omnes reliquas animas quę adhuc iugū
pharaonis portant et ſeſſores eius patiuntur: uel cer
te ꝙ equitatus hic meus qui lauacro aquę mundatuſ
purus et candidus factus ē: et uerbum dei meruit ha
bere ſeſſorem: ex curribus aſſumptus ē pharaonis. In
de enī3 omnes ueniunt credentes: quia chriſtus uenit
in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Hoc ergo
modo poteſt explanari uerſiculi huius ſenſus. Equita
tatui meo qui fuit ante in curribus pharaonis: et nunc
ſequitur me in equis albis: purificatus lauacro aquę
ſimilem te arbitror proxima mea. Beatę ergo ſunt il
lę animę quę dorſum ſuum curuauerunt ut ſuſcipiāt
ſeſſorem uerbum dei ſup ſe et frena eius patiuntur: ut
quocūq3 ipſe uoluerit flectat eas: et agat habenis pręceptorum ſuorum: quia iam non propria uoluntate in
cedunt: ſed ad omnia dicuntur et reducuntur uolunta
te ſeſſoris. Et fortaſſis uidebitur ſecundum hoc ꝙ ex
multis animabus congregata ē eccleſia: et exēplu3 ui
tę accepit a chriſto: quod non tā ab ipſa deitate uerbi
dei acceperit quę utiq3 ſupereminet eos actus uel af-
fectus: qui ad exēplum dari hominibus debeant: ſed
illa anima quę aſſumpta ē ab eo in qua fuit ſumma p
fectio: illa ſit ad exemplu3 poſita et ipſa dicat hic proxi
ma mea cuius ſimilitudinē habere debeat ēt eccleſiā:
quę ex multis congregatur animabus illis ſcilicet quę
prius fuerant ſub iugo et curribus pharaonis et equi
tatus domini appellātur. Quę autē ex duabus expoſi
tio cōuenire māgis propoſito uerſiculo uideatur: pro
babis ēt tu qui legis Quā ſpecioſę factę ſunt genę tu
ę: tanq̄ turturis ceruix tua: ſicut redimicula. ordo drā
matis huiuſmōi uidetur habere cōſequētiā: qd poſte
aq̄ auſteriore uſus ē cōmonitione ſponſus ad ſponſā
proteſtatus ei: qd niſi cognoſceret ſemetipſam exitura
eſſet in ueſtigiis gregum et paſceret non oues ſed hę
dos: erubuerit ſuper auſteritate pręcepti ſed et rubor
uerecundię diffuſus i uultu: ſpecioſas effecerit genas
eius et multo q̄ fuerant pulchriores. Non ſolum au
te3 genę ſed et ceruix eius tā decora ſit reddita quaſi
monilium redimiculis adornata. Pulchritudo ergo
genarū turturibus comparatur: ꝙ p huiuſmodi aueſi
ſimul honeſtas uultus et alacritas indicetur. Hęc ē h
ſtorici drāmatis explanatio. Sed ueniamus ad rem.
Paulus apoſtolus ſcribēs ad eccleſiā chorinthioru3.
ita ait Corpus autē non ē mēbrum unum: ſed multa:
et ſi dixerit pes quia nō ſu3 manus: non ſum de corpo
re: non propterea non ē de corpore: et ſi dixerit auricu
la quia non ſu3 oculus: non ſum de corpore non pro
pterea non ē de corpore: Si totum corpus eſt oculus
ubi d auditus? Si totus auditus ubi odoratus? Nunc
aūt deus poſuit unumquodq3 mēbru3 i corpore ſicut

uoluit. Et cum plura diſputaſſet ad ultimus dicit. Vos
autem eſtis corpus chriſti: et mēbra ex parte: Et iterū
ad Epheſios ſcribēs dicit. Subiecti inuicem in timorē
chriſti. Mulieres uiris ſuis ſubiectæ ſint: ſicut domi
no: quia uir caput ē mulieris: ſicut et chriſtus eſt caput
eccleſiæ: ipſe ſaluator corporis. Sed ſicut eccleſia ſub
iecta eſt chriſto: ita et mulieres uiris ſuis in omnibus.
Viri diligite uxores ueſtras ſicut et chriſtus dilexit ec
cleſiā ſuā: et ſemetipſū tradidit pro ea: ut eā ſcificaret
lauacro aquæ in uerbo: ut ipſe ſibi ꝑpararet glorioſam
eccleſiam non habentē maculas aut rugā: aut aliquid
huiuſmodi: ſed ut eſſet ſancta et imaculata et poſt pau
ca. Nemo enim inquit aliquādo carnē ſuā odio habu
it et nutrit et fouet eam: ſicut et chriſtus eccleſiā quia
mēbra ſumus corporis eius et Reliqua. Per hæc er
go edocemur: quomodo ſpōſa chriſti: quæ eſt eccleſia
etiā ſit corpus eius et mēbra. Si ergo audias ſponſi
mēbra nominari: eccleſiæ mēbra dici intellige: In qui
bus ſic ſunt aliqui qui dicuntur oculi: pro intelligentiæ
ſine dubio ac ſcientiæ lumine: et alii aures pro audien
do uerbo doctrinæ: Alii manus pro bonis operibus
religioſiſq; miniſteriis. Ita ſunt aliqui: qui et genæ eius
appellētur. Genæ autē partes uultus dicuntur: in qui
bus honeſtas et uerecundia aimæ agnoſcitur. Per q̄d
ſine dubio illi in mēbris eccleſiæ declarantur: qui caſti
tatis et pudicitiæ excolunt hōeſtatē. Pro his ergo ad
omne corpus ſpōſæ dī: Quā ſpecioſæ factæ ſunt genæ
tuæ: Et obſerua quia non dixit Quā ſpecioſæ ſunt ge
næ tuæ ſed ꝙ ſpecioſæ factæ ſunt ut oſtendat prius qui
dē nō eaſ ita fuiſſe ſpecioſas ſed poſteaꝙ ſuſcepit oſcu
la ſponſi et ipſe qui loquebatur ꝑ prophetas prius af
fuit: et mundauit ſibi ipſi eccleſiā ſuā lauacro aquæ: et
fecit eā non habere maculā aut rugas et agnitionē ſui
præſtitit ei: tunc factæ ſunt ſpecioſæ genæ eius. Nunc e
nim caſtitas et pudititia: et uirginitas: quæ prius non
fuerat: per eccleſiæ genas ſpecioſo decore diffuſa eſt:
Quæ tamen genarum ſpecies ideſt pudicitiæ et caſtita
tis turturibus comparatur. Turturus ferunt huiuſmo
di naturam eſſe ut neq; maſculus præter unam femi
nam adeat aliam: neq; fœmina amplius ꝙ unum pa
tiatur marem: ita ut ſi accidat altero intercepto ſuper
eſſe: alterum pariter cum coniuge extinctus ei ſit con
cubitus amor. Conuenieter igitur ſimilitudo turturis
aptatur eccleſiæ. Quod uel alterius uiri poſt chriſtum
coniugium neſciat uel quod continentiæ et pudicitiæ
in ea tanꝙ turturum uoliret multitudo. Secundum
hanc intelligentiā etiam ceruicem ſponſæ accipiamus
Quæ ſine dubio illæ intelligi debeāt animæ: quæ chri
ſti iugum ſuſcipiunt dicentis. Suſcipite ſuper uos iu
gum meum: quia iugum meum ſuaue eſt. Obediētia
ergo eius ceruices eius appellantur. Ceruix ergo eius
ſpecioſa facta ē ſicut ridimicula. et merito Quā enim
prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat:
nunc obedientia fidei ſpecioſam fecit et pulchram. Cer
uix ergo tua ſpecioſa facta ē ſicut ridimicula. Ad utrū
q; enim ſubauditur ſpecioſa facta eſt: ſicut redimicula
Redimicula hic dicit conſtrictiones uel connexiones
monilium quæ in ceruicibus ſedere ſolent: ex quibus
deducitur et deſcendit per omne collum reliquus or
natus. Ipſi ergo ornamento quod ceruicibus impo
ni ſolet ceruicem ſponſæ comparauit Quod dictus ita
aduertimus. Ceruicem diximus ſubiectionem et obe
dientiā dici pro eo q quaſi iugum chriſti ſuſcipiat et fi
dei eius obedientias præbeat. Ornamentum ergo cer
uicis eius: quæ ē obedientia: chriſtus eſt. Ipſe eni pri
or factus eſt obediens uſq; ad mortem. et ſicut ꝑ uni
us Adæ ſcilicet inobedientiā peccatores cōſtituti ſunt
multi: ita et per unius obediētiam chriſti dumtaxat iu
ſti conſtituentur multi. Ornamentum ergo et monile
ceruicis eccleſiæ obedientia chriſti eſt. Sed et ceruix
eccleſiæ ideſt obedientia eius ſimilis effecta ē obediē
tie chriſti quod ē monile ceruicis. Magna ergo i hoc
laus ſponſæ ē: magna eccleſiæ gloria: ubi imitatio obe
diētiæ eius exæquatur obedientiæ chriſti quē imitatur
eccleſia. Hæc etiam ipa ſpēs monilis: ēt in geneſi me
moratur a iuda patriarcha thamar nurui ſuæ: quando
cum ea quaſi cum meretrice concubuit data. Quod
non omnibus patet myſterius Intelligitur per hoc q
chriſtus eccleſiæ: quam ex multorum dogmatum pro
ſtitutione collegerat futuræ perfectionis hæc dedit pi
gnora: et iſtud obedientiæ monile ceruici eius impoſu
it. Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctioni
bus argenti quoaduſq; rex ſit i recubitu ſuo. Supra
diximus quod ſpecies drāmatis libellus hic ordiatus
perſonarum immutatione contexitur. et nunc ergo ui
dentur hæc amici: uel ſodales ſponſi ad ſponſam locu
ti: qui ſecundum intelligentiā myſticam et ut ſupra iā
diximus aut āgeli uel etiam prophetæ aut patriarchæ
poſſunt intelligi. non enim tunc ſolum cum poſt bap
tiſmum Joannis in deſerto tentatus eſt a diabolo do
minus: acceſſerunt āgeli: et miniſtrauerūt ei: ſed ante
aduētum præſentiæ corporalis miniſtrauerunt ſemp.
Nam et lex diſpoſita in manu per āgelos dicitur medi
atoris. Sed ad hebræos ſcribens apoſtolus dicit. Si
enim qui ꝑ angelos habitus ē ſermo factus ē firmus
Ipſi ergo erant uelut auctores et procuratores appo
ſiti paruulæ ſponſæ cum pædagogo lege: donec pleni
tudo temporum ueniret: et mitteret deus filium ſuus
natum ex muliere: factum ſub lege: et adduceret eam
ſub auctoribus et procuratoribus et pædagogo lege
ut ipſius uerbi dei oſcula: doctrinā ſcilicet uerbaque
ſuſciperet. Anteꝙ ergo tempus horum adeſſet i mul
tis angelorum miniſterio excolebatur ſponſa: qui ap
parebant tunc hominibus et loquebantur ea quæ res
poſcebat et tempus. Non enis tu mihi ex aduentu ſal
uatoris incarne ſponſa dici: aut eccleſiam putes:
ſed ab initio humani generis et ab ipſa conſtitutio
ne mūdi. Immo ut paulo duce altius myſterii huius
origines repetam: ante etiam conſtitutionem mundi.
Sic. n. dicit ipe. ſic elegit i chriſto añ ꝯſtitutiōes mūdi:
ut eſſemus ſancti et immaculati coram ipſo in chari
tate prædeſtinans nos i adoptionē filiorum. ſed et in
pſalmis ſcribitur Memento congregationis tuæ do
mine: quam congregaſti ab initio. Prima et enis fun
damenta congregationis eccleſiæ ſtatim ab initio ſunt
poſita. Unde et apoſtolus dicit ædificari eccleſiam nō
ſolum ſuper apoſtolorum fundamentum: ſed etiam
prophetarum. Inter prophetas autem numeratur et
Adam: qui magnum myſterium prophetauit in chri
ſto et in eccleſia dicens. Propter hoc relinquet homo
patrē ſuum et matrem ſuam et adhærebit uxori ſuæ:
et erunt ambo in carne una. euidenter enim de his di
ctis eius dicit apoſtolus Quia myſterius hoc magnū
ſit. Ego autem dico in chriſto et in eccleſia. Sed et idē
apoſtolus cum dicit. Sic enim eccleſiam dilexit ut ſe
metipſum traderet pro ea ſanctificans lauacro aquæ:
non utiq; oſtendit eam prius non fuiſſe: quomodo
enim dilexiſſet eam quæ non erat. Sed eam ſine du
bio dilexit quæ erat. Erat autem in omnibus ſanctis
qui ab initio ſæculi fuerant facti. Diligens igitur eam
uenit ad eam. Et ſicut pueri ſui communicauerunt car
ni et ſanguini ſimiliter et ipſe particeps factus eſt eo
rundem: ac ſemetipſum pro eis tradidit. Ipſi enis erāt
eccleſia quā dilexit: ut eam uel numeroſitate augeret



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uel uirtutibus excoleret: uel perfectionis caritate: de
terris transferret ad cælum. Miniſtrauerunt ergo et
prophetæ ab initio: miniſtrauerunt et angeli. Quid e
nim aliud fiebat tunc cũ apparuerũt tres uiri abrahæ
ſedẽti ad quercũ mãbræ? Licet illa ãgelorũ ſpẽs plus
aliquid ꝙ̃ ãgelicũ oñdrit miſſteriũ. nã trinitatis ſibi my
ſteriũ prodbatur. hoc erat et ĩ exodo Cũ ãgelus domi
ni dr̃ in flãma ignis apparuiſſe moyſi in rubo. Conti
nuo autem ĩ ſubſequentibus dominus. Et deus loqui
in angelo ſcribitur: et ipſe deus eſſe Abrahã et deus
Iſaac et deus Iacob deſignatur. Quod quidã hæreti
corum legentes dixerunt deum legis et prophetarũ
longe inferiorem eſſe ꝙ̃ ieſum chriſtum et ſpiritus ſan
ctum: et eo uſq; impietatem ſuam pertenderunt: ut
plenitudinem quidẽ in chriſto ponant: et in ſpiritu ſan
cto. Imperfetiones uero et infirmitates in deo legis.
Sed hæc alias: Nunc autem nobis propoſitum eſt o
ſtẽdere quomodo ſancti angeli qui ante aduentũ chri
ſti uelut paruulæ adhuc ſponſæ tutelam procurabant
ipſi ſunt amici et ſodales ſponſi: qui ad eam dicere ui
deantur. Faciamus tibi ſimilitudines auri cum diſtin
ctionibus argenti uſq; quo rex ſit in recubitu ſuo. indi
cant ergo ꝙ ipſi faciant ſponſæ non aurum: neq; enĩ
habebãt tale aurum quale dignũ erat offerri ſponſæ:
ſed pro auro ſimilitudines auri ſe facere promittunt:
Et non unã ſimilitudinem ſed multas. ita etiã dicunt
de argento ſed quaſi habentes licet paruã argenti ma
teriam promittunt ei ſe facere: non ſimilitudines ſed di
ſtinctiones argenti: utpote quibus non tanta abunda
ret argenti materia: ut connexum aliquid et ſolidum
opus ex eo producere poſſent: ſed diſtinctiones ſolaſ
ac ſigna: quædam parua uelut puncta interſererent illi
operi: quod ex auri ſimilitudine faciebant Hæc ergo
amici ſponſi illi de quibus ſupradiximus ſponſæ faci
unt ornamẽta. ſʒ quid ĩ his ſecreti cõtineatur: et quid
elocutionis nouitas ipſa parturiat: omnipotentis uer
bi ac ſponſi partem precemur: ut ipſe nobis arcani hu
ius clauſtra patefaciat: quo poſſimus non ſolum ad ĩ
telligẽda hæc illuminari: uerum ẽt ad proferenda ac
ſecundum menſuram eorum: qui lecturi ſunt mode
rationem eloquii ſpiritalis accipere. Auri ſpeciem in
multis ſæpe oſtendimus figuram tenere intelligibilis
et incorporeæ naturæ: argentum uero uirtutem uerbi
ac rationis ſecundum ꝙ et dominus dicit per prophe
tam. Dedi uobis argentum et aurum: uos autem feci
ſtis argẽtea et aurea baalim oſtendens per hæc et di
cens: quia dedi uobis ſenſũ et rationem: qua me de
ũ et ſentĩr poſſetis et colere: uos autem et ſenſum et
rationem: quæ in uobis eſt ad colenda dæmonia tran
ſtuliſtis. ſed et eloquia domini eloquia caſta: argen
tum igne probatum. Et item in aliis argentũ ignitũ:
iuſti lingua memoratur. Cherubin uero aurea dicun
tur: quoniã quidẽ plenitudo ſcientiæ dei interpretã
tur. ſed et candelabrũ in tabernaculo teſtimonii aure
ũ et ſolidum poni iubebatur: quod mihi uidetur do
num tenere naturalis legis in qua lux ſciẽtiæ habetur.
ſed quid opus eſt multa congregare teſtimonia: cum
in promptu ſit ſcire uolentibus in multis ſcripturæ lo
cis hoc indicari: quod aurum ad ſenſum mentemque
reuocetur: argentum uero ad uerbũ atq; eloquia re
feratur: Nunc ergo properemus ad contemplandum
quomodo ſecundũ ea quæ ꝑmiſimus amici ſponſi di
cant ſe ſimilitudines auri facere ſponſæ cum diſtinctio
nibus argenti. Videtur ergo mihi ꝙ lex quæ per ãge
los diſpoſita eſt in manu mediatoris. quandoquidem
umbram habeat futurorum bonorum: non ipſã ima
ginem rerum Et quæcunq; contingebant illis qui ĩ le
ge referuntur in figura: et non in ueritate contingebãt
iſta omnia ſimilitudines auri fuerunt non aurum ue
rum. Quod ſcilicet aurum uerum in illis quæ incorpo
rea ſunt et inuiſibilia ac ſpiritalia intelligatur. ſi multitu
do uero auri in quo non eſt ipſa ueritas: ſʒ umbra ue
ritatis iſta corporea et uiſibilia accipiantur. Verbigra
tia. ſimilitudo auri fuit iſtud tabernaculum manufac
tũ de quo dicit apoſtolus Non enim manufacta iſta
introiuit ieſus exẽplaria uerorum ſed in ipſum cælũ.
Ergo q̃ in cælis ſunt inuiſibilia et incorporea illa ſunt
uera. iſta autem quæ in terris uiſibilia et corporea: ex
emplaria uerorum dicuntur eſſe non uera. iſta tamen
ſunt quæ ſimilitudines auri appellantur in quibus eſt
et arca teſtamenti et propitiatorium et cherubin et al
tare icenſi: et menſa propoſitionis et panes. ſed et ue
lamen et columnæ ac ſeræ et altare holocauſtorum: et
ipſum templum atq; omnia quæ in lege ſcripta ſunt.
Omnia hæc ſimilitudines erant auri. ſed et ipſũ aurũ
uiſibile pro eo ꝙ uiſibile erat non erat aurum uerum
ſed ſimilitudo erat illius ueri auri inuiſibilis. iſtas er
go ſimilitudines auri fecerunt ſponſæ eccleſiæ ſponſi
amici angeli uidelicet et prophetæ qui miniſtrauerunt
in lege cæteriſq; myſteriis. Hoc opinor et paulus in
telligens dicebat: in religione angelorum in his q̃ uult
fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Omnis ergo iudai
cus cultus et religio ſimilitudines ſunt auri. Cum au
tem conuerſus fuerit quis ad dominũ et ablatum fue
rit ab eo uelamẽ: tunc uidebit aurum uerum: cuius au
ri ãte quã: adeſſet: et cognoſcendum ſe præberet ſimi
litudines fecerunt ſpõſæ amici eius: ut ex illis ſimilitu
dibus commonita et prouocata ueri auri deſiderii ca
peret. Hoc enim factum indicat Paulus cum dicit hæc
autem in figura contingebant illis. ſcripta autem ſunt
propter nos in quos finis ſæculorum deuenit. ſed fi
nem quidem dicit paulus: non intelligas corporalẽ
Finis eiũ corporalis multos inueniet pro quibus nõ
ſunt ſcripta hæc. Neq; enim huiuſmodi de his recipi
ent intellectum. ſed finem ſæculorum perfectionẽ re
rũ intellige: quæ utiq; Paulo et ſimilibus eius adue
niſſe: et propter ipſos ſcripta hæc eſſe dicuntur: ſʒ hæc
in excurſu diximus uolẽtes oſtendere quomodo ami
ci ſponſi dicãt ad ſponſam facere ſe ei ſimilitudines au
ri cum diſtinctionibus argenti: per ea ſcilicet quæ in le
ge et prophetis per figuras et imagines et ſimilitudi
nes et parabolas ſcripta tradiderunt. ſunt tamẽ in his
et paruæ quædã diſtinctiones argenti: inditia ſcilicet
ſenſus ſpiritalis uerbi et interpretationis rationabilis
ſcilicet et ualde rara et exigua. Ante aduentum nanq;
domini uix ſicubi prophetarum aliquis parum quid
occulti ſermonis aperuit. Verbigratia ut Eſaias: cum
dicit uinea domini ſabaoth domus iſrael ẽ: et domus
iuda nouella dilecta. Et iterum alibi aquæ multæ gen
tes multæ ſunt: et Hiezechiel nominãs duas ſorores
Oolam et Oolibam aliam ſamariam diſtinguit eſſe:
et aliam iudæam: et ſicubi talia quædam ipſis prophe
tis interp̄tãtibus aperiãtur: iſtæ diſtinctiones argenti
dicuntur. Vbi uero ſaluator et dominus noſter ieſus
chriſtus aduenit: nota faciens omnia uerbo uirtutis
ſuæ: in paſſione eius indicium datum eſt ꝙ ea q̃ in ab
ſconditis tenebãtur: et arcana erãt in lucem proferen
tur: et ad manifeſtationem uenirẽt: per hoc ꝙ uelũ tẽ
pli quo ad uiſus ſanctorũ ſancta arcana uelabãtur: ſciſ
ſum ẽ de ſurſum eius uſq; deorſum: palã fore denun
tiãs oĩbus quod intriſecus uidebatur obtectum. ſic er
go illud quod per angelos et prophetas miniſtratũ ẽ
ſimilitudo auri fuit: cum diſtinctionibus paruis et exi
guis argenti Hæc autem quæ per ipſum dominus no

ſtrū ieſum chriſtum tradita ſunt: ī auro uero et argēto
ſolido collocata ſunt. Hæc enī quæ ꝑ amicoſ ſpōſi fa
cta eſt ſimilitudo auri cū diſtinctionibus argenti. nō
in ſempiternū manſura promittitur ſed tēpus ei ſtatu
itur ab illis ipſis dicētibus uſqꝫquo rex ī recubitu ſuo
Cum enī recubās dormierit: ut leo et ut catulus leo
nis. et poſt hec ſuſcitauerit eū pater: et reſurrexerit
e mortuis: ſi qui fuerint cōformes reſurrectionis eius
iam non ī ſimilitudine auri ideſt non ī rerum corpora
lium cultu manebunt: ſed uerum aurū ab ipſis perci
piēt credētes et ſperātes nō ea quæ uidētur: ſed quæ
non uidentur: nec quæ in terris ſunt ſed quæ ī cælis:
ubi chriſtus eſt in dextera dei ſedens et dicent quia et
ſi cognouimus chriſtū aliqñ ſcđum carnem: ſed nunc
iam non nouimus. Nō ergo iam diſtinctionibus par
uis argēti ſed ī latitudinē diffuſo utentur argēto. Au
diēt enim quia ī illa auri ſimilitudie petra quæ ſequi di
citur: et potum populo ꝓbere chriſtus ē: et mare bap
tiſmus ē: et nubes ſpiritus ſanctus ē: et māna uerbū
dei ē: et agnus paſcæ ſaluator ē: et ſanguis agni paſſi
o chriſti ē: et uelum quod ē in ſanctis ſanctorum: quo
diuina illa et arcana tegebātur caro eius ē: aliaqꝫ mūe
ra ex eius reſurrectione patebunt: non iam parua ut
prius diſtinctione: ſꝫ latiſſima expoſitione patefacta.
Adhuc autem ut clarius fiat: quod dicit Vſqꝫquo rex
ſit in recubitu ſuo: etiam de ſecunda Balaam prophe
tia que de chriſto ita continet proferemus. Orietur in
quit ſtella ex Jacob: et exiet homo de ſemine eius et
dominabitur gētibus multis. Exaltabitur gog regnum
eius: et creſcet regnū eius Deus educet eum ex ægy
pto ſicut gloria unicornis: et comedet gentes inimico
rum ſuorum: et craſſitudines eorum medullabit et ia
culis ſuis ſagittabit eos Recūbens ut leo requieſcet:
et ſicut catulus leonis. Quis ſuſcitabit eum: Conſide
ra ergo et ex his diligentius: et uide quomodo omniſ
ſimilitudo auri uſqꝫ ad extremum tempus ad recubi
tū regis. ſ. ſtatī memoratur. Poſt hæc ergo exaltabitur
gog ideſt ſupertecta regnum eius: cum uidelicet de ter
ris ad cæleſtia fuerit tecta tranſlatum Sed de his ple
nius pro ut dominus dedit in numer orum libro pro
ſecuti ſumus. Requiramus ſane ſi etiam ſanctiſ patri
bus ipſis et prophetis: qui miniſtrauerunt uerbum ā
te aduētum domini noſtri ieſu chriſti perfectionis hu
ius ueri qꝫ auri gratia data ſit: an tantum futura hæc
intellexerint: et in ſpiritu uentura ꝓuiderint: Atqꝫ ob
hoc ſolū dixerit domius de Abrahā. Quia deſidera
uerit uidere diē eius et uiderit: et lætatus ſit ꝙ ſcilicet
in ſpiritu futura præuiderit: et magis fortaſſe hoc ita
ēē etiā ille ſermo confirmet qui ait multi iuſti deſide
rauerunt uidere quæ uidetis: et non uiderunt: et audi
re quæ auditis et nō audierunt. Quamuis nec illis po
tuerit defuiſſe perfectio ueniens ex fide. Quæ eīs nos
facta credimus: hæc illi maiore cū expectatione futu
ra credebant. Sicut ergo ex aduentu chriſti credentes
ꝓteritorum fides ita et illos futurorum ad ſummam
ꝑfectionis adduxit. Quod ſi ad unamquanque animā
referatur expoſitio: uidebitur donec paruula ē adhuc
aīa et imperfecta et ſub tutoribus: et procuratoribus
poſita ſiue doctoribus eccleſiæ: ſiue angelis qui paruu
lorum cuſtodes eſſe dicuntur: et uidere ſemper facieſ
patris: qui in cælis eſt: ſimilitudines auri fiunt ei: cum
non ſolidis et fortibus alitur uerbi dei cibis ſed ſimili
tudinibus imbuitur: uelut ſi dicamus parabolis et exē
plis docetur: pro quibus et ipſe chriſtus dicitur ætate
creſcere et ſapientia et gratia apud deum et homines.
Jn illis ergo ſimilitudinibus imbuitur et fiunt ei par
uulæ diſtinctiones argenti. Aperiuntur enim interdū

et his qui imbuuntur parua aliqua et rara de ſecretio
ribus myſteriis ut deſiderium concipiant maiorum.
Neqꝫ enim deſiderari quid poteſt ſi penitus ignore
tur. Et incipiētibus et primis in eruditionibus poſitis
ſicut non ſunt ad ſubitum cuncta pandenda: ita neque
penitus abſcondenda ſunt ſpiritalia myſtica: ſed ut ait
ſermo diuinus faciendæ ſunt eis diſtinctiones argenti
et ſcintillæ quædam ſpiritalis intelligentiæ animis eo
rum initiandæ ſunt: ut guſtum quodam modo deſide
rādæ dulcedinis ſumāt ne ut diximus: ſi penitus igno
retur: nec omnino deſideretur. Verum ꝙ paruulā no
minamus animam: nem o ita accipiat quaſi ſecundum
ſubſtantiam paruula dicatur: ſed ſi cui deeſt eruditio et
in qua eſt exiguus intellectus: ac minima peritia hāc
paruulam dicimus animam. Jgitur hæc fieri conuenit
uſqꝫ quo rex ſit in recubitu ſuo. i. uſqꝫ quo in id pro
ficiat huiuſmodi anima: ut capiat regem et habeat re
cumbentē in ſemetipſa. Sic eīs dicit hic rex quia habi
tabo in eis: et inambulabo in eis: profecto qui tantam
uerbo dei cordis ſui latitudinem præbent: ut etiam in
eis deambulare dicatur: ſpatiis ſcilicet amplioribus in
telligentiæ agnitioniſqꝫ diffuſioris. Jta ergo et recuba
re dī in anima illa ſine dubio de qua ipſe dominus di
cit per prophetam Super quem requieſcam: niſi ſup
humilem et quietum et: trementem ſermones meos?
Habet ergo rex iſte qui eſt ſermo dei in ea anima quæ
iam ad perfectum uenerit recubitum ſuū ſi tamē nō
ſit in ea aliquod uitium: ſed plena ſit ſanctitate: plena
pietate: fide caritate: pace omibuſqꝫ uirtutibus. tunc
enī delectat in ea recubare regem et habere recubitū.
Ad hanc enim animam dominus dicebat. Quia ego
et pater meus ueniemus: et cœnabimus cum eo: et
manſionē faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat chri
ſtus cū patre: et ubi manſiones facit: quid ni et recum
bit. Beata illius latitudo animæ: beata ſtrata illius mē
tis. ubi pater et filius. ut non dubito una cum ſancto
ſpiritu recumbit et cœnat et manſionem facit. Quibuſ
putas opibus: quibus copiis tales cōuiuæ paſcuntur?
Pax ubi primus cibus eſt: humilitas ſimul apponitur
ac pacientia: manſuetudo quoqꝫ et lenitas: et quod
ſummæ ei ſuauitatis eſt puritas cordis. Caritas autē
in hoc conuiuio principalem obtinet locum. Tali ergo
modo etiam tertia expoſitione ad unamquāqꝫ animā
referri poſſe uidebitur. quod ait. Similitudines auri
faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti: quoaduſqꝫ
rex ſit in recubitu ſuo. Nardus mea dedit odorem ſu
um ſiue odorem eius Jn ſpecie drāmatis uidetur hoc
oſtendi ꝙ poſt hæc uerba ingreſſa ſit ſponſa ad ſpon
ſum: et unguentis ſuis unxerit eum ac miro quodam
genere quaſi nardus quæ prius odorem non dederat
cum eſſet apud ſponſam tunc dederit odorem ſuum:
cum corpus contigit ſponſi ut non tam ille ex nardo o
dores: ꝙ̄ nardus ex ipſo ſumpſiſſe uideatur. Si uero
ſecundum hanc differentiam quæ in aliis inuenitur
exemplaribus legimus Nardus mea dedit odorem e
ius inuenitur adhuc aliquid diuinius ut uideatur un
guentum hoc nardi quo unctus eſt ſponſus non tan
tum ſuum qui nardo ineſſe naturaliter ſolet: ſed ipſius
ſponſi odorem cœperit et ipſius odorem ad ſpōſam re
portauerit nardus: ut in eo quo unxit eum odorē ſpō
ſi: ipſius unguenti munus acceperit: et hoc ſit quod di
cere uideatur Nardus mea qua unxi ſponſum regreſ
ſa ad me odores mihi detulit ſponſi: et uelut ſuperato
naturali ſuo odore ꝑfragrātia ſponſi ipſius mihi detu
lit ſuauitatem. Hæc habet hiſtorici drāmatis explanati
o: Sed ueniamus iam nunc ad intelligentiā ſpiritales
Ponamus hic ſponſam eccleſiam in ꝑſonas mariæ ꝗ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

decenter utiqꝫ dr̄ afferre libram unguenti nardi piſtici
ꝓcioſi et ungere pedes ieſu et detergere capillis ſuis: et
recipere quodam modo ac recuperare per crines capi
tis ſui ad ſemetipſam unguentum ex qualitate ac uirtu
te corporis eius infectum et odorem non tā nardi per
unguentū quā ipſius uerbi dei ad ſe trahentē ꝑ capil
los quibus abſtergebat pedes: et impoſuit capiti ſuo
non tā nardi ꝗ̄ chriſti fragrantiam: et dicere quia nar
dus mea miſſa in corpus chriſti reddit mihi odorem e
ius. Deniqꝫ uide quomodo hęc ipſa referuntur. Ma
ria inquit attulit libram unguenti nardi piſtici ꝓcioſi: et
unxit pedes ieſu: et extersit capillis capitis ſui. Domus
autē inquit tota repleta ē odore unguenti. Quod uti
qꝫ indicat: quia odor doctrinę qui procedit de chriſto
et ſancti ſpiritus fragrantia: repleuit omnes mundi hu
ius domus ac totius eccleſię domum Vel certe reple
uit omnem domum animę illius: quę odoris chriſti
ſuſcepit participium offerens primo fidei ſuę munus
uelut unguentum nardi et recipiens ex hoc gratiā ſpi
ritus ſancti: et ſpiritalis doctrinę fragrātiā. Quid ergo
intereſt utrum in cantico canticorum ſponſa perungat
unguento ſponſū: an in euangelio diſcipula magiſtrū
et Maria chriſtū: ſperās ut diximus redirē ad ſe ex hoc
unguento odorem uerbi et fragrantiam chriſti: ut eo
ipſa dicat Bonus odor ſumus deo. Et ꝗm plenum fi
de fuit iſtud unguentū et ꝓcioſi affectus: ob hoc et ie
ſus teſtimonium reddidit ei dicens Bonum opus ope
rata ē in me Sic ego rurſus in cāticocanticorū poſt
aliꝗ̄ta amplectitur emiſſiones ſponſę: ſicut hic opus
Marię. Ait enim Emiſſiones tuę paradiſus cum fru
ctu pomorū Cyprus cum nardis. Nardus et crocus
Amplectitur ergo et in his emiſſiones ac munera ſpō
ſę. Obſeruauimus ſane quod in iis quę nunc memo
rauimus pluraliter primo: poſtmōm ſingulariter nar
dum poſuit. Quod puto ſecundum illam rationem di
ctum: quia negotiator regni cęlorum: plures primo
margaritas negotiatur: uſqꝫquo ad unam perueniat
ꝓtioſā. Et forte quod dixit Emiſſiones tuę paridiſus
cū fructibus pomorum illos indicat fructus cū nar
dis plurimis: quos afferimus ex inſtitutionibus et do
ctrina prophetica. Ex doctrina uero ipſius domini no
ſtri ieſu chriſti: emiſſiōnes noſtrę: et munera: nō plu
res habet nardus ſed unam: ſed nunc redeamus ad e
am ꝗ̄ dicit Nardus mea dēdit odorē ſuū: et uide ſi poſ
ſumus adhuc etiā hoc in loco itelligere præſenti qđ
ſiquando ualuerimus integre et decēter exponere de
itate chriſti: uirtuteſque eius ac maieſtatem dignis
aſſertōibus ꝯſignarē: tūc fortaſſiſ merito dicet uel eccle
ſia illa uel anima illa quę ita manifeſte potuerit gloriā
eius exponere. Nardus mea dedit odorē ſuum Nec
mirum uideri debet ſi chriſtus quēadmodum fons eſt
et flumē aquę uiuę de quo procedunt et quemadmo
dū panis ē et uitā dat: ita et nardus eſt: et odorē de
dit: et unguentum ē quo qui uncti fuerint chriſti fiant
ſicut dicit in pſalmo Nolite tangere chriſtos me-
os. Et fortaſſe ſecundum illud quod dicit apoſtolus
His qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionē bo
ni ac mali: ſingulis quibuſque ſenſibus animę ſingula
queque chriſtus efficitur. Idcirco enim et uerū lumē
dicitur. ut habeāt oculi animę quo illuminātur Idcir
co et uerbū: ut habeant aures quod audiāt Idcirco et
panis uitę: ut habeāt guſtus animę quod deguſtet. Ic
circo ergo et unguentum uel nardus appellatur. ut ha
beāt odoratus animę fragrantiā uerbi. Idcirco et pal
pabilis: et manu tractabilis: et uerbū factus dr̄: ut poſ
ſit interioris animę manus contingere de uerbo uitę
Hęc autem omnia unum atqꝫ idem ē uerbum dei: qđ
per hęc ſingula affectibus orationis commutatū nul
lum animę ſenſum gratię ſuę relinquat expertem. Al
ligamētum guttę fratruelis meus mihi in medio ube
rum meorum manebit ſiue commorabitur Eiuſdē ad
huc uerba ſponſę ſunt ad adoleſcentulas loquentis
Prius quidē dixerat quia nardus ſua dediſſet ei odo
rem ſponſi et quia per unguentum quo unxerat eum
Odoris eius fragrantiā recepiſſet: nunc autem ait fra
ter meus mihi guttam redolet. Et hanc non diffuſā
neqꝫ ubilibet diſperſam: ſed colligatam et conſtrictam
quo ſcilicet odor ipſius ſuauitatis denſior reddatur et
uehementior Et hic inquit cum talis ſit in medio ube
rum meorū demoratur: et cōmanet et requiē ac mā
ſionem ſuam facit in loco pectoris mei. Verum quod
nunc proximum cognominauit eum fraternum ſuum
ſponſa: et nominis huius appellatione ꝑ totum pene
libelli textum frequenter utitur: dignū puto: ut prius
requiramus appellationis ipſius cauſam et quid uel
unde fraternus dr̄: exponamus: Fraternus appellatur
fratris filius Requiramus quis ſit primo frater ſpō
ſę cuius hic filius habeatur. Vide ſi poſſumus dicerē
ſponſam quidem eſſe ex gentibus eccleſiā fratrē uero
eius priorem populum: et fratrem indicat utiqꝫ ſeni
orem Quia ergo ex illo populo chriſtus ſecundū car
nem naſcitur. Ob hoc ab eccleſia gentium fratris fili
us appellatur. Quod ergo ait Alligamentū guttę fra
ternus meus mihi: corporeę natiuitatis eius indicat
ſacramentum. Videtur enim quodammodo alligamē
tum eſſe et uinculum quoddam animę corpus: quod
alligamentū gutta in chriſto diuinę uirtutis ac ſuaui
tatis aſtringitur. Si autem ad unāquāqꝫ animā quę
dicta ſunt referuntur alligatura guttę dogmatum con
tinentię: et conſtrictio diuinarum ſententiarum ac no
doſitas intelligitur. Innexę enim ſibi inuicem ſunt fidi
rationes et uinculis ueritatis aſtrictę. Deniqꝫ et Lex
mundū dicit eſſe omne uas quod alligatum ē: imun
dum uero quod ſolutum fuerit et non ligatū Cuius
rei hęc profecto figura erat: quod chriſtus i quo nun
quam fuit ulla immunditia peccati: alligamentum gut
tę dicitur Et ideo anima non debet contingere aliquid
diſſolutum: et quod non ſit ratione ſubnixum: et dog
matum ueritate conſtrictum: ne imunda fiat. Qui eīm
immundū contigerit imundus erit ſecundum legē.
Contigit nāqꝫ eū ſenſus irrationabilis et alienus a ſa
pientia dei et faciet eum imundum. Vide autē ſi for
te filium dei in carne guttā dictum: et quaſi breue ali
quid et exiguum nominatum poſſumus accipere ſicut
et Daniel de eo dicit Lapidem paruum de monte ex
ciſum ſine manibus et poſt hęc montem magnū uel
ſicut in libello duodecimo prophetarum nihilominus
gutta quidem futura dr̄ quę congreget populum. Eſt
ergo et in populis ita ſcriptum. Et erit ex gutta popu
li huius congregatus congregabitur Iacob. Decebat
enim eum qui ueniebat congregare non ſolū Iacob
ſꝫ et omnes gentes quę ſicut propheta dicit. reputatę
ſūt tāꝗ̄ gutta ex ſitula exinanīētem ſe diuitatis forma ef
fici ipſum ut guttam et ſic uenire ad congregandā gut
tam gentium: et guttā nihilominus reliquiarū iacob.
Sed et in xliiii pſalmo dr̄ ad dilectum cui etiam ipſe
pſalmus aſcribitur. Mirra et gutta et caſia a ueſtimen
tis tuis. A ueſtimentis ergo uerbi dei quę ē doctrina
ſapientię procedit myrra mortis dumtaxat inditium
pro humano generē ſuſceptę. Gutta ut ſupra diximus
exinanita diuinitatis forma: ſeruilis formę ſuſcepta
dignatio. Caſia quoqꝫ quoniā id genus herbę aquis
indeſinentibus nutriri dr̄ et coaleſcere: redemptionē
humani per aquas baptiſmi indicat datam. Sic ergo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alligaturā guttæ fraternum ſuum ſponſa tanꝙ nuptia
li drāmate loquens:inter medium uberum ſuorū cō
morantē dicit Ubera ut ſuperius iam diximus princi
pale cordis aduerte in quo eccleſia chriſtum : uel ani
ma uerbum dei:deſiderii ſui uinculis alligatum tenet.
et aſtrictum : ſi quis enim uerbum dei toto affectu in
corde ſuo: et toto amore conſtringit ipſe ſolus poterit
odorem fragrātiæ eius et ſuauitatis accipere. Botrus
cypri fraternus meus mihi in uineis engaddi. Quan
tum ad litteræ ipſius explanationem hēt aliquid ābi
guum:ꝙ ait Botrus cypri fratruelis mihi:quia et uua
florens cyprus appellatur:et ſpēs q̄dā extriſecus uir
gulti ē q̄ cyprus dicitur ferēs etiam floridum quendā
fructum in modum florentis uuæ prolatum. Sed uidē
tur magis ad fructum uitis reſpicere ſermo:quoniam
quidem uinearum engaddi facta eſt memoria. Engad
dum autem ager terræ iudaeæ eſt non tantum uineis:
ꝗ̄tus balſamis florēs. Hic ergo erit hiſtoricus ſenſus
ſponſæ loquētis ad adoleſcentulas : ut intelligatur di
cens Primo quidem nardus mea odorem mihi ſpon
ſi mei reddit. Secundo uero alligamentū guttæ effe
ctus ē fraternus meus mihi demorans inter media u
bera mea. Tertia botrus cypri ex uineis ēgaddi ſupe
rans oē quicquid ē in odoribus et floribus ſuauitatis
quo ſcilicet audientes hæc adoleſcētulæ magis ac ma
gis ad claritatem ſponſi concitentur et amorem. Iccir
co autem ſingulatim et per ordinem Primo nardum
ſuam deinde guttam Poſt hæc ēt botrum cypri nomi
nat ut per eos gradus quoſdam profectus doceat ca
ritatis. Sed uideamus iā quid ſpiritalis habeat itelle
ctus. Siquidem hic qui appellatur botrus ad fructū
uitis referendus ē. Verbum dei accepimus ſicut ſapi
ētiā et uirtutē et theſaurum ſciæ : aliaꝗ multa ita et ui
tē ueraꝫ dici. Sicut ergo his quibus efficitur ſapiētia:
et ſcientia non ad ſubitum ſed per profectus quoſdam
et gradus pro ſtudiis et intentione ac fide eorum:qui
ei uel in ſapiētia uel in ſcia:uel in uirtute participantur
ſapientes eos et ſciētes reddit uigenteſꝗ uirtutibus: i
ta et in quibus uitis uera efficitur. non eis ad ſūmū
maturos botros producit et dulces:nec repente eis ef
ficitur uinum ſuaue:et lætificans cor hominis:ſed pri
mo producit eis ſuauitates tantum modo odoris i flo
rem. Botrus hic florens eſſe memoratur in uineis en
gaddi ut gratia fragrantiæ ipſius immittatur in initiis
animæ ut Poſt hæc pati poſſit acerbitatem tribulatio
nū et tentationum:q̄ pp uerbum dei īdētibus excitā
tur. Et ita demum maturitatis eis dulcedinem præbet
uſꝗ dum pducat eos ad torcularia : ubi effūditur ſan
guis uuæ:ſanguis noui teſtamēti:qui bibatur in die fe
ſto in ſuperioribus ubi ſtratum magnum paratum eſt:
Sic ergo per ſingulos hos profectus graduū incede
re oportet eos qui per ſacramentū uitis et botrū cy
pri initia[...]ad pfectionem feruntur:et calicē noui teſta
menti ab ieſu ſuſceptum bibere contendunt. Quod ſi
cyprus ſui generis arbor accipiēdus ē:cuius fructus
etiam flos non tantum odoris ſuauitatem : quantum
et uim calefaciendi ac fouendi dī poſſidere:illa ſine du
bio accipitur ſpōſi uirtus qua incaleſcunt animæ erga
fidē eius et caritatē quæ contingebat eos qui dicebāt.
Nonne cor noſtrū erat ardens intra nos:cum adape
riret nobis ſcripturas? Vel certe q̄m de uineis ēgaddi
botrus hic florens nominatur eſſe engaddi autem in
terpretatur oculus tentationis meæ. Si quis ē qui in
tellectum habere poteſt quomodo tentatio ē uita ho
minis ſup terrā et intelligit quomodo quis in deo eri
pitur a tentatione: et qui agnoſcit qualitatem tentatio
nis ſuæ:ita ut poſſit de ipſo dici Quia in his omnibus
nō peccauit labiis ſuis corā deo. Huius botrus cypri
de uineis engaddi efficitur uerbum dei Obſeruādū
tamen ē ꝙ uerba ſponſæ ita referuntur ut et nardus et
alligamentum guttæ et botrus cypri:ipſi ſoli ſint utpo
te quæ in hos iā profectus aſcenderit. Sola enim per
fecta anima ē: quæ ita habeat purū et purgatū odo
ramentū ſui ſenſus:ut poſſit nardi.et guttæ.et cyri ex
uerbo dei procedentis fragrantiā capere:et gratiā diui
ni odoris haurī.

Explicit ſecunda Omilia. Incipit tertia.

Ece es ſpecioſa proxia mea ec-
ce es ſpecioſa: oculi tui colum
barum. Secundo iam ſponſus
cum ſponſa in uerbo colloquio
ꝗ miſcetur. Et primo quidem
ſermone inuitauit eā ad hoc ut
cognoſceret ſemetipſam: dicēs
ei ꝙ bona quidē eſſet inter mu
lieres:ſed niſi cognoſceret ſeme
tipſaꝫ:certa quæq̄ pateretur:et quaſi quæ uelociter ad
agnitionem ſui ſenſu intellectuꝗ cucurrerit comparat
eaꝫ equis ſuis uel equitatui:quibus obtinuerit currus
pharaonis. Simul et genas eius pro inſigni uerecun
dia et cōuerſationis pernicitate turturibus comparat:
ceruicēꝗ eius ornamētorū īdiminculis. Nc aūt iā ſpe
cioſā profitetur eā et ſpecioſaꝫ ū ſic prius i mulieribus
tātū ſꝫ quaſi proximā ſibi: et adhuc i maius titulū lau
dis extollit:et affirmat:quia non tantum cuꝫ proxima
ē ei ſpecioſa ſit:ſed et ſi contingat ei abſentem eſſe etiā
ſic ſpecioſa ſit. Hoc enim indicatur in eo ꝙ cum dixiſ
ſet Ecce es ſpecioſa proxima mea: Addit poſt hæc ab
ſolute et ſine ulla adiunctione:ecce es ſpecioſa. Sed i
ſuperioribus non laudauerit uiſum eius credo qꝛ non
dum ad intuitum profecerat ſpiritalis intelligentiæ.nc
ergo ait oculi tui columbarum. Grandis in hoc profe
ctus eius oſtenditur: ut quæ prius tantum ſpecioſa in
mulieribus dča ē:nc ut proxia ſpecioſa dicatur:ex ſpo
ſine dubio ſpōſo ſplendorem decoris accipiens: ut ſe
mel ab ipſo ſumpta pulchritudine : ēt ſi accidat ei pau
lulum ſponſi abſentiā pati nihilominus pulchra pma
neat. Quod autem oculi eius comparantur columbis
ob hoc profecto:quia diuinas ſcripturas non iā ſecun
dum litteram ſed ſecundum ſpiritum intelligat et aſpi
ciat in eis ſpiritalia myſteria. Columba enim inditium
ē ſpiritus ſancti. Spiritali ergo ſenſu intelligere legem
et profetas. hoc ē oculos columbæ habere. Et hic qui
dem columbæ oculi eius appellātur: in pſalmis uero
huiuſmodi anima pennas ſibi dari columbæ deſiderat
ut uolare poſſit in intellectum ſpiritaliū myſteriorū
et requieſcere i atriis ſapiētiæ: Sed et ſi dormire quis
poſſit:hoc ē collocari et requieſcere in medio fortium
atꝗ intelligere fortium uirtutes: et cognoſcere diuini
iudicii cās : non ſolum pennæ columbæ quibus in ſpi
ritalibus intellectibus uolet promittuntur ei: ſed et de
argentatæ pennæ ideſt uerbi et rationis ornamento
decoratæ. Scapulæ quoꝗ eius in ſpecie auri fieri di
cuntur:ubi conſtantia fidei et dogmatum ſtabilitas in
dicatur perfectorum. Ergo ſi caput eſſe chriſtus dī:ni
hil puto abſurdum uideri : ſi et oculi eorum qui ſecun
dum interiores hominem ſpiritaliter intelligunt: et ſpi
ritaliter diiudicant:ſpiritus ſanctus eſſe dicantur Et ob
hoc fortaſſis in lege ſicut agnus poſitus ē : p cuius ho
ſtiā populus purificaretur i paſcha :ita et columbæ po
ſitæ ſunt quibus purificatur hō igreſſus hunc mundū
Sed et de eo nunc dicere:et hoſtiarum qualitates diſ
cutere longior uidetur exceſſus et propoſito operi mi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nime conueniens. Hæc autem memoraſſe ſufficiat
pro eo ꝙ p̄ſens ſermo ꝯtinet oculi tui columbæ: qua
ſi diceret oculi tui ſpiritales ſunt: ſpiritaliter uidentes:
ſpiritaliter intelligētes. Poteſt adhuc profundiore for
taſſis ſacramento quod dixit Ecce es ſpecioſa proxi
ma mea intelligi de præſenti ſæculo dictum quia ſpecioſa
quidem ſit et hic eccleſia cum proxima ē chriſto et eum
imitatur chriſtum Quod uero iterauit et dixit ecce es
ſpecioſa: poteſt ad futurum ſæculum ꝑtinere ubi iam
non ſolum imitatione: ſed ipſa ſui perfectione formo
ſa ē et ſpecioſa. et ibi dicat eſſe oculos eius columbarū
ut duorum oculorum columbæ duæ intelligantur eſſe
filius dei et ſpiritus ſanctus. et ne mireris ſi columba
ſimul dicatur cum uterqȝ ſimiliter aduocatus dicatur
ſicͭ Joannes Euangeliſta declarat ſpiritum quidem ſan
ctum dicens paraclitum quod ē aduocatus Et de ieſu
chriſto nihilominus ī epiſtola ſua dicit Quia ipſe ſit ad
uocatus apud patrem pro peccatis noſtris. Sed apud
Zachariā prophetā duæ oliuæ ad dexterā et ad ſiniſtrā
candelabri poſitæ unigenitum nihilominus et ſpūs ſā
ctum deſignare creduntur. Ecce es bonus fraternus
meus: et quidem ecce es ſpecioſus cubile noſtrum um
broſum. Nunc primum uidetur attentius inſpexiſſe
ſponſi ſui pulchritudines ſponſa: et conſideraſſe illis o
culis qui columbæ dicti ſunt decus et ſpecies uerbi dei
Quia re uera nō poteſt prius perſpici nec agnoſci quā
ta ſit in uerbo magnificentia: niſi prius oculos quaſi
columbæ ideſt intelligentiam ſpiritalem accipiat. Com
mune autem cubile ſibi quod dicit eſſe cum ſpōſo cor
pus hoc mihi uidetur īdicari animæ in quo adhuc po
ſita digna habita ſit aſciſci ad conſortium uerbi dei. Id
qȝ umbroſum utpote non aridum ſed fructuoſum me
morat et tanꝙ̄ denſitate boni operis nemoroſum. Sȝ
hæc ſponſa dicit anima dumtaxat quæ columbæ iam o
culos habet. Hi uero qui tantummodo credunt ſpon
ſo non tamen perſpicere potuerunt in uerbo dei quā
ta ſit pulchritudo dicunt et uidimus et nō habebat ſpe
ciem neqȝ decorem ſed ſpecies eius indecora et defici
ens ꝑ filiis hominum. Quæ autem bene proficit et ſu
pergreſſa eſt adoleſcentularum: et octoginta concubi
narum Et lx reginarum ordinem iſta anima poteſt di
cere. Ecce es decorus fraternus meus et quidem ſpe
tioſus: Sed et ſi adhuc in corpore poſitus intelligam
denſitatem ſpiritalium ſenſuum intelligentiam ſcriptu
rarum diuinarum tam crebra opacitate contextam ut
rapidior æſtus qui multos ſolet adurere: Et areſacere
fructus eorum: ne tamen penetrare non poſſit nec ul
la uis tentationum fidei in germen areſacere: tunc poſ
ſum dicere quia cubile noſtrum: quaſi communem ſibi
cum ſpōſo corporis ſui indicās eſſe locum ad illam ſimi
litudinem dictum intellige qua et paulus dixit. Quia
corpora noſtra mēbra chriſti ſunt. Cum enim dicit cor
pora noſtra quaſi ſponſæ id eſſe corpus oſtendit. Cum
uero membra chriſti memorat: eadem corpora etiam
ſpōſi eſſe corpus indicat. Hæc ergo corpora ſi umbro
ſa ſint ut ſuperius diximus bonis dumtaxat operibus
referta: et ſpiritalium ſenſuum denſitate cumulata: de
his talibus dici poteſt Per diem ſol non uret te: neqȝ
luna per noctem. Juſtum nāqȝ tentationis ſol non ad
urit requieſcentem ſub umbra uerbi dei. Jſte enim ſol
qui adurit iuſtum non ē laudabilis: ſed ille magis qui
ſe tranſfigurat in angelum lucis. Bonus ergo et deco
rus dī fraternus: et ꝙ̄tomagis inſpici potuerit oculis
ſpiritalibus tanto ſpecioſior inuenitur et pulchrior. qȝ
non ſolum illius ſpecies et pulchritudo mirabilis appa
rebit uerum et inſpicienti atqȝ intuenti eum decus in
gēs et ſpecies formæ noua ac mirabilis orietur: ſecun
dum illud quod apoſtolus uerbi dei intuens pulchritu
dinē dicit Nam etſi is qui foris ē homo nr̄ corrum
pitur: ſed qui intus ē renouatur de die in diem. Me
rito ergo talis hæc aīma cōmune habet cubile cum uer
bo corpus ſuum. Peruenit enim diuina uirtus uſque
ad corporis gratiam cum in eo uel caſtitatis donum
uel cōtinentiæ aliorumqȝ bonorum operum collocat
gratiā. Conſidera ſane ne forte poſſit ēt illud corpus
quod aſſumpſit ieſus: cōmune ei cum ſponſa cubile no
minari. ꝙ̄mquidem uidetur per ipſum eccleſia chriſto
eſſe ſociata: et participium uerbi dei capere potuiſſe: ſe
cundum quod mediator dei et hominum dicitur: et ſe
cundum quod apoſtolus dicit. Quoniam in ipſo habe
mus acceſſum per fidem ī ſpe gloriæ dei. Tigna domo
rum noſtrarum cædri: trabes noſtræ cypreſſi. Uidetur
ab ſponſo reſponderi ad gratiam eorum quæ dicta fu
erunt prius ab ſponſa: quibus edoceat eam cuiuſmo
di ſint tecta iſta cōmunia: et qualis in eis materia cō
tignationis habeatur. Hæc habet hiſtorica narratio: ui
detur autem eccleſia deſcribi a chriſto quæ eſt domus
ſpiritalis: et domus dei ſicut docet Paulus dicens Si
autem tardius uenero ut ſcias quomodo te oporteat
in domo dei conuerſari: quæ ē eccleſia dei uiui colum
na et firmamentum ueritatis. Si ergo eccleſia domus
dei ē: quia oīa quæ habet pater filii ſunt: eccleſia do
mus filii dei ē. Frequenter autem et plurali numero
appellantur eccleſiæ ut ait ibi Nos talem conſuetudi
nem non habemus neqȝ eccleſiæ dei. Et iterum ſcribit
eccleſiis Galatiæ Paulus et Joannes ſeptem eccleſi
is. Sunt ergo ſiue eccleſia uel eccleſiæ domus ſponſi
et ſponſæ ſiue aīæ uerbi domus: in quibus tigna ſunt
cædrina. Legimus ēt quaſdam cædros dei: ſuper quas
uinea quæ trāſlata ē de ægypto extendiſſe dicitur tra
duces ſiue arbuſta ſua: ſicut ait ī pſalmis Operuit mō
tes umbra eius: et arbuſta cædros dei. Euidēter igitur
per quædam eccleſia cædri dei nominatur. cum ergo
dicit ſponſus Tigna domorum noſtrarum cædri intelli
gere debemus cædros dei eſſe eos qui eccleſiā conte
gunt. Et eſſe aliquos horum ualidiores qui trabes ap
pellantur. Et puto ꝙ conuenienter hi qui epiſcopatum
bene miniſtrāt ī eccleſia trabes dici poſſunt quibus ſu
ſtentatur et tegitur omne ædifitium uel ab imbrium la
be: uel ab ardoribus ſolis. Secundo autem horum
loco tigna p̄ſbyteros opinor appellari. et trabes qui
dem dici cypreſſos: quibus et fortitudo robuſtior: et
ideo quia uenerādas māus eius patibuli brachia ſuſce
perunt. Inter uepres autē deputatuſ ē quādo ſpieo ſer
to inocentiæ et iuſtitiæ auctoꝛ illuſus ē. Sꝫ altius itro
ſpicere debēus: quidnā ſit qꝛ Iſaac a patre altaribꝫ ad
mouetur: ac ſubito pro eo aries nō mutata ſed duplica
ta oblatione ſupponitur. Gemia hic adorāda ſubſtan
tia redēptoꝛis oſtenditur. dei eni unigenitus offertur
et uirginis primogenitus imolatur. Hoc quoqꝫ domi
nicæ paſſionis p̄figurabat inſignia qꝛ legimus beatum
Heliſæum ſepulchro cōditū ingeſto a latrunculis cada
uere intra tumulū ſuuꝫ coꝛpus extincti tactu ſacri coꝛ
poꝛis ſuſcitaſſe. Quis hic alius p̄figurabatur niſi domi
noſter ieſus chriſtus qui reſurectionē d̄ moꝛte largitur
et uitā ſepultus opatur? In latronibus eteni mundus i
pꝛophetæ uirtutibꝫ chriſtus dominuꝫ recognoſce. Ad
huc celeberrime p ſcripturas ſāctas etiā i pꝛophetæ Jo
ne laboꝛibꝫ et erumniis chriſti paſſio ac reſurectio p̄ſi
gnātur. Hic Jonas qd̄ fidei nīæ nō arbitramur icogni
tum typuꝫ geſſiſſe domini p̄ſcribitur. Ipſe eni dominuſ
dic̄ Sicut fuit Jonas in uētre ceti tribus diebꝫ et tribꝫ
noctibus. Ita erit filius hōis in coꝛde terræ tribꝫ diebꝫ
et tribus noctibus. Hic eni Jonas ad p̄dicādū niniuitiſ
iræ cæleſtis offenſā domio iubēte dirigitur. Sꝫ p̄ſcius
triſtē ſententiā pꝛopheta populi cōuerſione uacādā na
ui pꝛofugus q̄ tarſuꝫ petebat igreditur: Sꝫ nautis ex
oꝛta tēpeſtate turbatis ſoꝛte fluctibꝫ datur: et faucibus
ceti piſcis dimerſus excipitur. Sed piſce illæſuꝫ eruc
tāte depoſitus tertia die terris refunditur. Videte do
minuꝫ et in ueteri teſtamēto i ſerui foꝛma mirabiliter
apparere: Videte quomō ſe āteactis ſæculis idicauit ſe
cundum ſeruilis foꝛmæ humilitatē uenturū. Jōas iraꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dominí p̄dicaturuſ ad magnā niniuitarū deſtinatur ur
bem dicturus Adhuc.xl.dies et niníue ſubuertetur:et
chriſtus ad mundi mittitur ciuitatē ut diē ſalutis et præ
finitum iudicii tēpus ānuntiet. Jonas naui expetit:chri
ſtus eccleſiā: Jonas fluctibus agitatur:chriſtus mundi
turbinibus exercetur:niſi Jonas p̄ditus detur: naufra
giū nauis periculū nō ſedatur:ſic et nō liberatur eccle
ſia:niſi chriſti morte ſaluetur. Nautæ dimiſſuri Jonā ta
men uerentur et dicunt. Domine ne des ſup nos ſāgui
nē inocentē:nōne uobis uidetur nautarū īpcatio pila
ti cōfeſſio ēe:qui tradit chriſtum tamē lauat manus ſu
as et dicit:mundus ego ſum a ſāguie iuſti huius:q̄ cō
grue p pſonā gentilē fides gentiū p̄dicatur:dicit itaq̄
ionas in oratiōe ſua Tolle igitur domie aiā meam :
quia mihi melior ē mors quā uita. Dicat hec rebꝰ dn̄ſ
noſter ieſuſ chriſtus:Quia melior ē mihi morſ q̄ uita:
ideſt uiuens unā iudæorū gētē ſaluare nō potui:mori
ar ut uniuerſus mundus una morte ſaluetur. Jonā ce
tus piſcis excepit imerſum:ſed nō cōtigit deuoratū:et
quē malitia hominū p̄didit:beſtia eſuriēs cuſtodiuit :
pleniſ uiſceribꝰ famē patitur:et i p̄dā quā abſorbuit nīl
ſibi licere miratur. Quis ē hic qui inter auidos rictus
aſſumi poteſt: conſumi nō poteſt:cibus ē corruptio n̄
eſt. Traditur p̄ditiōis profundo:et ſeruatur ipſius mor
tis obſequio. Quis ē iſte qui uaſtiſſimos ſinuſ periculo
rum totus ingreditur:et altitudine cōcluſuſ imēſa atq̄
mortifera uitali aere paſcitur:et dimiſſus in alienā rerū
naturā in uitæ exilium cum uita pegrinatur:et morti ſu
perſtes ānuntiat mundi ſalutē. Puto q̄ hic ē dominus
noſter ieſus chriſtus:quē ſæua morſ i explebilis belua
in eſcā ſuā rapuit:et p̄dā ſuā captiuā contremuit:cōtre
muit inquā. Nā ſi nouerat crucifixū:tamē quē memi
nerat reum nō poterat tenere dānatum:quia culpā nō
facit pœna ſed cauſa.quaſi ſolitum cibū p̄ditum i ori
gine mundi hominē deuorauit:ſed magnā eſſe cibi ipſi
us dignitatē præfocata cognouit atq̄ ita diuinuſ cōme
morat et præcipit dominus piſci et euomit Jonā i ari
dā. Præcipit morti ſēper eſurienti:præcipit abyſſis:p̄ci
pit iferno ut mundo reſtituat ſaluatorē. Euomuit autē
Hoc debemus accipe q̄ ex imiſ uiſceribus mortis me
retrix uita remeauerit:atq̄ eā ex imis præcordiis īfer
ni perditio exulcerata reddiderit. Videmus itaq̄ i pro
phetæ afflictionibus apertiſſime p̄figuratā et mortē pa
riter et reſurrectionē. Quapropter qd̄ ipletū cernis in
ſeruo:credere nō cuncteris i domio. Quæ cum ita ſint
pſpice o hō quātum ualeas :et ppende quid debeas :
pſpice quātū ualeas ut tandē uilis ēe tibi deſinas: ut
uel pro hoc erubeſcēdis ſubiacere uitiis dedigneriſ:dū
generoſitatē tuā de creatoris ac reparatoris dignitate
metiris. Habet cauſas quibus te ipſe cōfundat.cur indi
gniſ domis uicto corde ſubdatur cui æterna gloria pro
mittitur:ac ſi gemino priuilegio:qui dudū diuinæ ima
ginis participatione fulgebas efficeris etiā cōmertii
nobilitate præcioſus. Unde q̄ fortis ēe poſſiſ cōtra ho
ſtē tuum interroga ſtatum tuum.q̄ tibi dominus ad d̄
bellādum i mēbris tuis mundi p̄cipē et ſpirituales ne
quitias ſuperādas liberā contulit facultatē:ac ſic ipoſſi
bile nō putes ut trāſferri obtineas in angelicas beatitu
dines :cum in hoc ſæculo angelicas deuiceris poteſta
tes. Nō ergo te degenerē ac deſpectū faciat uita ques
uel factura probatur illuſtrē protuliſſe: uel gr̄a.ſ3 cur
ſū fidelis chriſti ſāguis ad ſupna fiduttaliter extollat.
Nā qui ſe cæleſti precio uident redēptos ad cæleſtia
nō dubitēt p̄paratos.

Sermo Beati Hieronymi ad Paulā et Euſtochiū ac
uirgines reliquas de aſſumptione glorioſæ dei genetri
cis in quo poſt præfationē queſtionē Si cū corpore
aſſumpta ſit.proponēs et temere diffinire nō audēs in
ſolutā relinquit. Geſta ipſius poſt aſcēſionē domini
contēplatur plurima ad gloriā eius d̄ beatæ mariæ mul
ta de myſterio incarnationis loquitur. et ad extremū
ad ipſius imitationē uirgieſ exhortatur.

COGITIS me o Paula et Euſtochi
um imo caritas chriſti me compellit
qui uobis dudū tractatibus loqui cō
ſueuerā ut nouo loquēdi genere ſan
ctis que nobiſcum degunt uirginibꝰ
latino utens eloquio exhortationis
gratia ſermonē faciā de aſſumptione beatæ et glorioſæ
ſēper uirginis mariæ more eorū qui declamatorie in
eccleſiis ſolent loqui ad populū qd̄ utiq̄ genus docē
di nec dum attigerā:ſed quia negare nequeo quicquid
iniungitis nimia ueſtra dilectione deuictus experiar.q̄
hortamini affectu infātium more balbutiētiū qui quæ
cunq̄ audierit fari geſtiunt cum necdum poſſit ad ple
num uerba formare:maxie quia propter ſimpliciores
quaſq̄ id me depromere cōpellitis ut habeāt latio ſer
mone quibus ſe occupēt laudibus eadē die quibus ue
diuinis uacēt lectionibus p̄ſerti cum et eadē i multis fe
ſtiuitatibus multorū ſanctorū patrum ſtudia miro cu
derint eloquio.quæ de hac quidē uberius ubiq̄ i ſcri
pturis diuinis p̄dicata leguntur. Quid eni aliud ſonāt
euangelia:niſi naſcētē dominū ex maria uirgie et oia
eius icremēta quouſq̄ fuit i mundo dumtaxat diuiniſ
efferunt p̄coniis. Porro ab exordio ſancti euāgelii Ga
brielē archangelū colloquentē mariæ didiciſtis.et De
inceps plenius legiſtis reliqua:ad p̄ſepe quoq̄ o Pau
la te teſte nato puero multitudinē angelorū inter cre
pundia noui partus et querelas neſcii ploratus profe
ſſēninis gloria in excelſis deo:et in terra pax hōibus
bonæ uoluntatis cantantē audiſti:et radiantē ſtellā uidi
ſti paſtoribus iſup euangelizātibus credidiſti: Magos
præterea tria deferētes munera i uiſione beatis oculis
conſpexiſti:ipſa eadē munera bene itelligēdo uotis oī
bus fide deo obtuliſti. Nā et cum eiſdē magis deum
puerū in præſepe adoraſti. Sed forte conq̄ſta me de
latorē q̄ te prodideri clamabis. Ad qd̄ego: Si celatū
eſſe uolebas:teſte cōſcientia mihi narrare āte p̄ſepiū:
ubi plurimū lachrymata es nō debueras : quoniā ut
uerū fatear chriſti præconia:etiā ſi uoluero adiuratus
neq̄ tuas laudeſ oio tacere queo. Idcirco tuæ te iterro
gent filiæ quas lacte nutris : Tu ea melius referabis q̄
neſcio ſi p ſpeciē aliquā certe autē i ſpiritu uidiſti: Und
uos o filiæ pulſatæ matrē p̄cibus pulſate ad oſtiū inui
tantis alci ſi quomō tāndē uobis apiantur:quæ iſera
ta ſunt matri. Uerum tamen de his quid plura dicā :
Oia ſaluatoris geſta et beatæ Mariæ obſequia:necnō
actus uitæ ex euangelio didiciſtis: et nunc quid ſupeſt
ut ab aliquo doctore requiratis: De aſſumptiōe tamen
eius qualiter aſſumpta ē:quia id uia depoſcit itentio
præſentia abſēs ſcribere uolens curaui q̄ abſentia p̄ſēs
deuotiuſ obtulit ut habeat ſāctum collegiū uīm i die tā
tæ ſolēnitatis munuſ latini ſermōiſ i quo diſcat tenera
iſātia lactis experiri dulcedines:et d̄ exiguis eximia co
gitare qualiter fauente dō p ſigulos ānos tota hæc di
es expēdatur i laudes et cū gaudio celebretur ne for
te ſi uenerit i manibus ueſtris illud apocryphū d̄ trā
ſitu eiuſdē uirginis dubia pro certis recipiatis:qd̄ mul
ti latiorū pietatis amore ſtudio legēdi carius āplectū
tur:p̄ſerti cum ex his nihil aliud expediri pōt pro cer
to niſi q̄ hodierna die glorioſa migrauit a corpore.
Mōſtratur autē ſepulchrū eiuſ cernētibus nobiſ uſq̄
ad p̄ſēs i uallis Joſaphath medio : q̄ uallis ē iter mō
tē ſiō et mōtē oliueti poſita.quā et tu o Paula oculis

cōſpexiſti: ubi i eius honoꝛ fabricata ē eccleſia miro la
pıde tabulata i qua ſepultā fuiſſe ut ſcire poteſtiſ ab oi
bus ibidē prædicatur. Sed nunc uacuū ēe manſoleū
cernētibus oſtēditur. Hæc iccirco dixeri: quia multi no
ſtrorum dubitant: Utrum aſſumpta fuerit ſimul cū coꝛ
poꝛe: An abierit relicto coꝛpoꝛe. Quomō autē uel quo
tēpoꝛe: aut a quibus pſonis ſāctiſſimum coꝛpus eius i
de ablatum fuerit uel ibi trāſpoſitum: Utrum ne reſurre
xerit neſcitur. Quis nōnulli aſtruere uelint eā reſuſci-
tatā et beata cum chriſto imoꝛtalitate in cæleſtibus ue
ſtiri. qđ et de beato Joāne euāgeliſta eiuſ miniſtro: cui
uirgini a chriſto uirgo cōmiſſa ē plurimi aſſueuerant .
quoniā in ſepulchro eius ut fertur nō niſi māna iueni
tur: qđ et ſcaturire cernitur. Uerum tamē qđ hoꝛū ue
rius cēſeatur ābigimus. Melius tamē totum deo cui
nihil iposſibile ē cōmittimus: ꝙ aliquid temere diffini
re uelimus auctoꝛitate nr̄a qđ nō pꝛobamuſ ſicuti et đ
his quos cum domino teſte euāgelio credimus reſurre
xiſſe. Sz utrum redierunt in terræ puluerē certum non
hēmus: niſi qđ legimus. Quia multa coꝛpoꝛa ſāctoꝝ
qui doꝛmierunt: ſurrexerunt et uenerunt i ſāctā ciuita
tē. ſ. hieruſalē et apparuerunt multis . De quibus pro
fecto nōnulli doctoꝝ ſēſerunt et etiā ſuis reliquerunt
i ſcriptis qđ iā in illis cōpleta ſit ppetua reſurrectio. Fa
tentur eni ꝙ ueri teſtes nō eſſēt niſi et uera eoꝝ eſſet
reſurrectio. Unde et beatus Petrus dixiſſe legitur cū
de Dauid loqueretur i teſtimoniū et ſepulchrū iquit
eiuſ apud nos ē quaſi nō auſus ſit dicē ꝙ ipſe aut coꝛ
pus eius apud nos ē ſed tantū ſepulchrū quo condi
tuſ fuerat. hic aiunt reſurrexiſſe et ipſū cum cæteris ſā
ctis: et ideo uacuum remanſiſſe monumētū uti nunc
beatæ mariæ cernitur. Qđ ſāe factum et de aliis quibuſ
libet locis ſcripturarū affirmare conātur ꝙ iā cum chri
ſto regnēt reſuſcitati i æterna ſocietate ꝙ quia đo nihil
ē iposſibile et nos de beata Maria factum abnuimus
ꝙꝙ propter cautelā ſalua fide pio magis deſiderio o
pinari opoꝛteat ꝙ icōſulte diffinire qđ ſine piculo ne
ſcitur: unde de his ex quibus certi ſumus tātiſp loqua
mur et ad exhoꝛtationē noſtrā qualicunqꝫ ſermōe ad
ædificationē et honoꝛē nois dei: ut et religio ſeruetur
pio famulatu: et deuotio augeatur pro affectu . Quo-
niā hæc ē uirgo ſola q̄ iteremit uniuerſā hæreticā praui
tatē: ſola ſit poſt deum q̄ nos cōfirmet i oi ueritate: ſu
iſqꝫ cōmendet meritis et precibus auxilietur ut et ipſi
digni iueniamur i eiuſ laudibus. Qđ ſi q̄ritur poſt aſcē
ſionē domini quid egerit: unū pro certo ē quia uirgo
ſācta coꝛpoꝛe ac mēte permanſit: quā ſāe angelus Ga
briel ac ſi cæleſtis paranymphus intactā cuſtodiuit. Et
Joānes apoſtoluſ et euāgeliſta: cui chriſtuſ eā de cruce
cōmiſit uirgo uirginem ſeruauit: ſuiſqꝫ deſeruiuit obſe
quiis: nō ꝙ eximiuſ ille choruſ ſāctoꝝ apoſtoloꝝ eā
deſeruerit: iter quoſ poſt reſurrectionē intrās et exiens
familiarius cōtulit de chriſti icarnatione. tāto ſiquidē
uerius quāto ab initio plenius p ſpiritum ſanctum cun
cta didicerat: et pſpexerat oculiſ uniuerſa. Licet et apo
ſtoli p eundē ſpiritum oia cognouerunt: et in oēs edoc
ti peruenerunt ueritatē. Quā ſāe beatā uirginē etſi oēs
uenerati ſunt diſcipuli eiqꝫ famulabantur affectu dilec
tionis: Joānes tamē āplius et ſpetialius uſqꝫ ad finē
uitæ qui ſibi cōmiſſā accepit i ſuā quaſi matrē filius cui
benignus magiſter de cruce Mulier inquit ecce filius
tuus: ad diſcipulū autē ecce mater tua: ut uirgo uirgi
ni cohæreret ut deſeruiret offitioſiſſie cura adoptionis
Nō. n. pudiciſſima uirginitas alicui diſcipuloꝝ recti
us ꝙ uirgini cōmēdatur ut eſſet ad iuicē gr̄a ſocietas et
floridus aſpectus necnō et uenuſtus cōuerſādi uernās
alternati pudicitiaꝝ ſplēdoꝛ decoꝛatus: una ſiquidē

uirtus uirginitatis i ambobus ſed altera pꝛopoꝛtio in
maria: Altera quidē quia fœcundioꝛ ſed ipſa. Ipſa ue
ro ſed altera: quia et ſi ipſa eadēqꝫ icoꝛruptio tamen
fœcunditas integritatis longe glorioſioꝛ ꝙ uirginitas.
Jccirco et fœcunditas i illa tota deifica ē et uirginitas.
Alioquin nuſꝙ ſecundū naturā naſcēdi uirginitaſ ubi
fœcunditas pdicatur: neqꝫ fœcunditas: ubi uirginitas
itegra conſeruatur. Ideoqꝫ totū ſupexcellunt de illa q̄
dicuntur quia ſunt diuina atqꝫ ieffabilia. Und uirgini
tas et fœcunditas prolis ſupueniēs nouitas ē: quamꝙ
humanū cernatur ex carne qđ naſcitur. Uerū tamē et
ſi magnificētioꝛ multum uirginitaſ in Maria pꝛopter
gratiæ excellentiā. Una tamen itegritas carnis et una
uirtus quæ ad iuicē quaſi cognata ſotiantur. Hinc quo
qꝫ Joānes quicquid ē qđ Maria genuit euāgelizādo
ſuo cōmēdat eloquio. qđ i pꝛicipio erat uerbū : et uer
bum erat apud deū: et deus erat uerbū. Hoc quoqꝫ
uerbū qđ erat i pꝛicipio. apud deū erat: et deus erat
uerbū ipꝫ. Deū genuit beata et glorioſa uirgo maria
ex ſe carnē factum. Jccirco et uirginitas lōge ſacratioꝛ
et fœcunditas ut ita dicā multo ineffabilioꝛ: ꝙ ſuo po
tuerit ille explicare eloquio. Uerū tamen quanto uirgi
nitas cognatioꝛ uirginitati: tanto beatuſ euangeliſta cæ
teris excellentioꝛ et uiciniꝛ uerbo. Ideo quicquid eſt
qđ uirgo genuit prout potuit hō p ſpiritum ſāctū nobiſ
reſerauit manifeſtius et docuit. Cæterum ad exēplum
humanæ uitæ cōuerſatio eiuſ poſt aſcēſionē domini ge
neraliter cū apoſtolis fuit quouſqꝫ diſpguntur ſicuti
Lucas meminit dicēs. ꝙ regreſſi quidē a monte oliue
ti hieroſolymā uenerunt: et aſcēderunt i cœnaculū ubi
māebāt: Petrus et Joānes. Jacobus et Andreas Phi
lippus et Tomas. Bartholomeus et Mattheus Jaco
buſ alphei et Simō zelotes et Judas Jacobi. Hi oēs i
quit erant perſeuerantes unanimiter i oratione cum
mulieribus: et maria matre ieſu et fratribus eius. Ecce
ieſu aſcēdente cum quibus uirgo uacat i ſchola uirtu
tum et meditatur i lege mādatoꝝ dei ut et ipſa ſit foꝛ
ma diſciplinæ chriſti et exēplum pfectionis uirginibus
cōuerſatur autē cum teſtibus ſanctæ reſurrectioniſ et ipſa
teſtis: cōuerſatur cū ſenatoꝛibuſ cæli intra curiā paradi
ſi: ſub ſpiritus ſancti diſciplina et magiſterio diuinæ ma
geſtatis inuēitur pꝛima beata maria iter pꝛimos ſūmi
regis cohæredes quoꝝ uita nō erat iā de terris . In
quibus chriſtus prælibabatur ſed de cælis. Hic aſcēdiſſe
leguntur in cœnaculū i quo paſcha digniſſime celebra
tur: ibi quippe manebant cum maria matre Jeſu unani
miter aſpirati i caritate pſeuerātes in oratione donec
induerētur uirtute ex alto : Cœperāt eni iā oꝛare qui
dudum cum domino conuerſantes uirtutibus et mira
culis paſcebantur: Et bene perſeuerabāt in oratione ni
hil hæſitantes . donec acciperent munera ſpiritus ſan
cti quæ poſcebant. Quos et uos o filiæ imitamini quæ
in ſchola chriſti permanere uouiſtis pſeuerate i oratio
nibus unanimiter uiuētes quouſqꝫ itrare poſſitis gau
dia æterne uitæ quo beata uirgo fœliciter hodie in
trauit alternantibus hymnidicis angeloꝝ choris in
tra paſcua æternæ uiriditatis ubi una ſocietas ciuium
ſupnoꝝ: ubi dulciſ ſolēnitas angelorū: ubi poſt labo
res: et erumnas fœlix et ſuauiſ refectio aiarū. Hodie
nāqꝫ glorioſa ſēp uirgo maria aſcēdit cælos. rogo gau
dete. quia ut fateoꝛ ieffabiliter ſublimata cum chriſto
regnat i æternū. Regia mundi hodie de terris et de
preſenti ſæculo neꝙ eripitur. Iterū dico gaudete quia
ſecura đ ſua imarceſſibili gloria ad cæli iā pueniт pala
tium. Exultate iꝙ et gaudete et lætetur ois orbis quia
hodie oibus nobis eius iterueniētibꝫ meritis ſalus au
cta ē: uobis quoqꝫ diligētibus eā honoꝛ et uirtus una

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cum reliquis uirginibus ſacris ãplior præſtatur et grã.
Jcirco dilectiſſimi lætamini et laudate quia ſi deus oẽ
prophetico i ſanctis ſuis laudare iubemur: multo ma
gis eum i hac celebritate beatæ uirginis mariæ matris
eius oportet cum hymnis et cãticis diligẽtius extolleẽ
et dignis deo iubilare pconiis ac myſticis honoraẽ mu
neribus. Nulli dubius quin totum ad gloriã laudis ei
us pertineat quicquid digne genitrici ſue ipẽſus fuerit
ac ſolemniter attributũ. Ex quo timeo ſatis et ualdẽ p
timeſco dum ueſtris cupio parere profectibus ne for
te ſicut iprobus ita et idignus laudator iueniar profec
to cum nec ſãctitas uel facundia ſuppeditet: ut beatã et
glorioſã uirginẽ mariã digne laudare queã: quoniã ut
iterum fateor quicquid humãis dici põt uerbis minus
ẽ a laude cæli quia diuinis ẽ et ãgelicis excellentius p
dicata et laudata præcõiis: a prophetis quidẽ pronun
tiata: a patriarchis figuris et ænigmatibs pfigurata ab
euãgeliſtiſ exhibita et mõſtrata: ab ãgelo uenerabiliter
et offitioſiſſime ſalutata. Præterea qualiſ et quãta ẽet
ab eodẽ diuinitus declaratur cum ait. Aue maria grã
plena dominus tecum benedicta tu i mulieribus. Talibs
nanqȝ decebat uirginẽ mariã oppignorari muneribus
ut eſſet gratia plena: quæ dedit cælis gloriã: terris dñi
pacẽ: quæ refudit fidẽ gẽtibus: finẽ uiciis: uitæ ordinẽ
moribs diſciplinã. et bene ad uirginẽ angelus mittitur
quia ſẽper ẽ angelis cognata uirginitas. profecto i car
ne pter carnẽ uiuere nõ terrena uita ẽ: ſed cæleſtis: Vn
de i carne angelicã uitã acquirere: maius ẽ meritum q̃
habeẽ. Eſſe eni angelus felicitatis ẽ: ẽe uero uirginẽ uir
tutis: dum hoc obtinere uiribus nititur cum gratia: qđ
habet angelus ex natura. Vtrumqȝ tamẽ et ẽe uirgiẽ
et angelum diuini muneriſ ẽ offitius nõ humanũ. Aue
inquit gratia plẽa Et bene plena quia cæteris p partes
pſtatur: mariæ uero ſimul ſe tota ifudit gratiæ plẽitudo
Hoc quippe canit dauid Deſcẽdet ſicut pluuia i uellus
Vellus itaqȝ cum ſit de corpore: neſcit corporis paſſio
nẽ. Sic et uirginitas cuȝ ſit i carne neſcit uitia carnis.
Cæleſtis plane iber i uirgineum uellus placido ſe effu
dit elapſu et tota diuinitatiſ unda ſe cõtulit i carne: quã
do uerbuȝ caro factuȝ ẽ: ac deide p crucis patibulum
expreſſum terris oibus pluuiã ſalutis effudit: et ſtillici
dia gratiæ humãis pſtitit mẽtibus. Dominus tecuȝ in
quit mira res Et iã erat cum uirgie qui ad uirginẽ mit
tit angelus: et pceſſit nuntium ſuuȝ deus ſed a deo nõ
receſſit nec teneri potuit locis: qui oibus hẽtur i lociſ:
et totus ubiqȝ ẽ: ſie quo nihil totũ: ergo uerbuȝ patriſ
nunq̃ a patre diſcedẽs: hõ proprie nobiſ fieri dignatuſ
ẽ: ſecreto ſuo myſterio: qđ ipe nouit. Qui quoniã totũ
ſuſcepit qđ ẽ hominis hõ totus ẽ et totum accipiẽs qđ
dei ẽ: Oio aliud ẽ q̃ deus. qui natus ẽ ex maria ẽe nõ
potuit. Scit eni deus oia et põt: propterea quia ita eſt
ſciuit ſe ac potuit i utero uirginis ſie ſui corruptiõe mi
ſceri atqȝ uniri: ut unus ẽet chriſtus deus et hõ: una p
ſona: unaqȝ ſubſtãtia. Ob quod dei genitrix electa et p
electa iure ab angelo gratia ſalutatur et pdicatur plena
uere plẽa p quã largo ſpiritus ſãcti ibre pfuſa ẽ oĩs cre
atura: et ideo ſatis eas deuotiſſie primus angeluſ uene
ratur et ſalutat. Miratur itaqȝ ipſe qualis aut quanta
ſit quã ſalutat. Nõ eni ſiplex uel cõſueta erat iſta ſalu
tatio: ſed oi admiratione digniſſima. Siquidẽ uenera
tionis fuit delati oblatio muneris famulatuſ obſequii
quia ſi et i ſãctis patribus et prophetis grã fuiſſe credi
tur: nõ tamẽ eatenus plena. Jn mariã uero totius grãe
quæ i chriſto ẽ plẽitudo uenit quanq̃ aliter. Et ideo i
quit Benedicta tu iter mulieres ideſt pluſ bñdicta quã
oẽs mulieres. Ac per hoc quicquid maledictiõis ifuſũ
ẽ p Euã: totum abſtulit benedictio Mariæ. Jnſuper et

gratiã refudit chriſti ortus quã non habuit prius oĩs
mundus. Jgitur qđ natura ñ habuit uſus neſciuit: igno
rauit rõ: mẽs nõ capit humana pauet cælus: ſtupet ter
ra: creatura etiã oĩs cæleſtis miratur. Hoc totus ẽ qđ p
Gabrielẽ mariæ diuinitus nunciatur et p chriſtus adim
pletur. Qua de cã de tali tãtaqȝ loqui me idignus fate
or: ſed et puto q̃ nemo ſit qui pſumat niſi qui quãta
ſit quæ pãduntur pẽitus ignorat. Tamẽ et ſi nemo ad
hæc idoneus iuenitur uotis oibus ceſſaẽ nõ debet qui
libet etiã peccator a laudibus q̃uis explere nõ queat
quod ſẽtit. Vnde ſermo diuinus cum de peccatoẽ age
ret i pſalmis Sacrificius iquit laudiſ honorificabit me
protinus addidit Et illic ẽ iter quo oſtẽdã illi ſalutare
dei Ac ſi patenter dicat. Jllic iter laudis ẽ ad æternam
laudẽ ſie fie mãſurã. Sȝ nemo apprehẽdet illud niſi e
go pmonſtrauero. Propterea cariſſimæ quia iter ſalu
tis nẽæ i laudibs ſaluatoriſ ẽ Hortor uos: et cõmoneo
in hac ſacra ſolẽnitate genitricis dei mariæ nolite ceſſa
re a laudibus: Qđ ſi uirgo es: gaude quia meruiſti eſſe
et tu quod laudas tantuȝ cura ut ſis q̃ digne laudare
poſſis. Quod ſi cõtinẽſ ẽ caſta ẽ ueneraẽ et lauda quia
nõ aliunde cõſtat ut poſſiſ ẽe caſta q̃ ex grã chriſti quæ
fuit pleniſſime i maria quã laudas. Qđ ſi cõiugata cer
te aut peccatrix nihilominus cõfitere: et lauda quoniã
ide miſericordia oibus profluxit et gratia ut laudẽt: Et
q̃uis nõ ſit ſpecioſa laus i ore peccatoris noli ceſſare
a laude: quia ide tibi promittitur uẽia: Vnde et oibus
ut laudes alioquin niſi iuxta modulũ ingenii nẽi deus
laudare i ſãctis ſuis ſtudeamus: quomõ eum ſecundũ
quod canimus iuxta multitudinẽ magnitudinis eius
laudare poterius. oĩs quippe ptermittẽduȝ nõ ẽ qđ im
pleturi ſumus quãdoqȝ quod dicitur Beati qui habi
tant i domo tua domie: i ſæcula ſæculoruȝ laudabunt
te. Jnterdũ uero quia imẽſus ẽ qđ uoce nõ poſſumus
nec facundia ualemus exequamur uotis: et medullis
cordis quia magnus et bonus ẽ atqȝ imẽſus tãtus ac
talis quãtuȝ et qualẽ ipſe ſe nouit ore ac ſpiritu cõfite
amur ad iuſticiã et ſalutẽ. Hinc ergo oẽs piter feſtiuita
tẽ glorioſe ſẽper uirginis mariæ deuotiſſie celebrẽus:
quia hæc ẽ dies pclara i qua meruit exultari ſup cho
ros angeloruȝ et peruẽire ultra q̃ nẽæ humanitatis ẽ
natura ubi nõ ſubſtãtia tollitur: ſed gloriæ magnitudo
mõſtratur cuȝ eleuatur i dextrã patris: ubi chriſtuſ pro
nobis introiit põtifex factus in æternuȝ ad cæli palatiũ
Hæc ẽ inquã dies in qua uſqȝ ad throni celſitudinẽ in
temerata mater et uirgo proceſſit atȝ i regni ſolio ſub
limata poſt chriſtuȝ glorioſa reſedit. Sic itaqȝ ubique
cõfidẽter ſãcta dei cãit eccleſia: qđ de nullo alio ſãcto
rum fas ẽ credeẽ: ut ultra ãgeloruȝ et archangelorum
dignitatẽ merito trãſcẽderit quia et ſi ſimilitudo repro
mittitur ſãctis ueritas nõ negatur. Hoc quippe priui
legiuȝ nõ naturæ ẽ ſȝ grãe beatæ uirginis mariæ đ qua
natus ẽ ipſe deus et hõ. Jccirco et ipa plus ẽ meritis
et nõ natura q̃ uirgo et hõ. Vnde et ſi cæteræ uirgieſ
imitãtur Mariã illã uſqȝ ad cõceptũ partus et Gabri
elis nouæ ſalutatiõis obſequiuȝ deinceps totuȝ diui
num qđ opatur in ea teſte angelo ſpiritus ſãctuſ et uir
tus altiſſimi obumbrabit te Ante hoc ipuȝ ſãæ uirginiſ
uterus q̃uis mundus q̃uis impolutus et aliẽus a cõ
tagiõe peccati q̃uis ſãctus tamẽ adhuc utilitate huma
nitatis induitur ut ita dicã ut ſi lana cãdidiſſima ſuiqȝ
coloris dealbata. Ad quã ſãe cum acceſiſſet ſpirituſ ſã
ctus quaſi ipſa eadẽqȝ lana cum inficitur ſãguine cõci
lii uel muricis uertitur in purpurã. uerſa ẽ et ipſa ſine
coitu in matrẽ ut nõ ſit iã admoduȝ qđ fuerat ſȝ pur
pura ueriſſima ad indumẽtũ et gloriã ſummi regiſ diui
nitas aptiſſime dedicata ut nulli deinceps cauti uſu ſæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mieo licuerit niſi ḋo: quippe ut ita loquar beata et glo
rioſa uirgo maria ꝑmutata ē eo mō ꝙuis dudum icō
parabilis eſſet uniuerſiſ quæ ſub cælo ſunt uirginibus
ut decenter poſſet i ſe ſuſcipere diuinitatiſ admixtionē
ſalua utraqȝ natura tamē cum gr̄a repletur cuȝ ſpiritu
ſancto refunditur: cum uirtute altiſſimi obumbratur ſit
ꝓcioſior meritis: celſis ſublimior faſtigiiſ: pulchrior ſā
ctitate: glorioſior ſuorum ꝓrogatiuis meritorum. ita ut
nullis iā uſibus ſit ipſa eadēqȝ mācipāda niſi diuinis.
unde o ſāctiſſime uirgines etſi imitari oportet tantā ac
talē uirginē tā ꝙ̄ ꝓclarā uenerari multū cōuēit et ultra
angelicā quodāmō dignitatē quātus fas ē cuȝ gaudio
digniſſime offerri quæ ut diximus nō temere ꝑ chriſti
gratiā ſup choroſ angelorum exaltata deuotiſſie hodie
ꝓdicatur quia præceſſit eā deuſ et ſaluator noſter ex ea
uera fide genitus ad cæleſtia ut pararet ei ſic ipe ſuis re
promiſit diſcipulis i æthereis māſionibus locuȝ. Hinc
quoqȝ Dauid propheta oli gratulabundus chriſto ca
nit. A ſūmo inquit cælo egreſſio eius: et occurſus eius
uſqȝ ad ſummuȝ eius. Aſcēdit ergo eādē gloriā reſum
pturus licet nō amiſerit quā prius habuerat ātē ꝙ̄ mū
dus fieret. Aſcēdit et præparauit huic ſāctiſſ. ac glo
rioſiſſimæ uirgini locum imortalitatis: ut cum eo ignaȝ
poſſet in ꝑpetuum: et hæc ē huius ꝓſentis diei diuini
feſtiuitas i qua glorioſa et fœlix ad æthereuȝ peruenit
thalamū. Quæ profecto feſtiuitaſ: ſicuti beata Maria
icōparabilis ē uirginibus cæteris: ita incōparabilis eſt
oium ſāctorum feſtiuitatibus: et admirāda ē etiā āgeliciſ
uirtutibus propter quod ex ꝑſona ſupnoruȝ ciuius in
eius aſcēſione admirans ſpiritus ſāctus ait in cāticis.
Quæ ē iſta quæ aſcēdit per deſertuȝ ſicut uirgula fumi
ex aromatibus. Et bene quaſi uirgula fumi quia gra
cilis et delicata quia diuinis extenuata diſciplinis: et cō
cremata intus i holocauſtius icēdio pii amoris et deſi
derio caritatis. Ut uirgula iquit fumi ex aromatibuſ ni
miruȝ: quia multis repleta ē uirtutuȝ odoribuſ: manāſ
ex ea flagrabat ſuauiſſimus odor etiā ſpiritibus angeli
cis. Aſcēdebat autē dei genetrix de deſerto ꝓſentiſ ſæcu
li uirga de radice ieſſe oli exorta ſed mirabātur electo
rum aiæ præ gaudio quæ nā ēet q̄ etiā meritoruȝ uirtu
tibus angeloruȝ uinceret dignitatē. De qua rurſus idē
ſpiritus ſanctus in eiſdē canticis. Quæ ē iquit iſta quæ
aſcendit quaſi aurora cōſurgēs pulchra ut luna: electa
ut ſol terribilis ut caſtroruȝ acies ordinata: admiratur
autē ſpiritus ſāctus quia oēs de aſcēſu huius uirginis
admirantes facit. qd̄ quaſi noui diluculi aurora rutilās
aſcēſu ſuo reſplēdeat multis freta et uallata ſanctoruȝ
agminibus. Unde dicitur terribilis ut caſtrorū atieſ or
dinata. Siquidē terribilis ſuis facta uirtutibȝ ut caſtro
rum acies ordiata admoduȝ hinc ide ſāctoruȝ fulta ꝓ
ſidiis: pulchra ut luna imo pulchrior ꝙ̄ luna: quia iam
ſie defectu ſui coruſcat cæleſtibus illuſtra fulgoribus.
Electa ut ſol a fulgore uirtutuȝ quia ipe elegit eā ſol iu
ſticiæ ut naſceretur ex ea. Ad cuius profecto exequias
quātus faſ ē credeȝ famulabātur angeli et uniuerſæ cæ
loruȝ cōgratulabātur curie. Nec mirū quia honor ma
ternus eius ē: qui ē natus ex ea: quē oiſ cæloruȝ ordo
ueneratur et adorat ſup ſe eleuatus cum patre in ſede
maieſtatis dn̄i. Legimuſ igitur ꝙ̄ ſæpe ad funera et ad
ſepulturas quorunlibet ſāctoruȝ āgelos aduēiſſe: et ex
equiis eorum obſequia ꝓſtitiſſe: necnō et aiæ electoruȝ
uſqȝ ad cælos cuȝ hymnis et laudibus detuliſſe: ubi et
utriuſqȝ ſexus chori cōmemorātur frequēter auditi lau
deſqȝ cecinisse iterea et qd̄ ꝑſpicatius ē multo nō nū ꝙ̄
lumine eoſdē reſplēduiſſe. Inſup et adhuc uiuentes in
carne ibidē miri odoris fragrantia diutius ꝑſēſiſſe. Qd̄
ſi ad recreādā ſpē dilectiſſimæ filiæ et ad corroborādā

fidē interdū aſtātius ſaluator noſter chriſtus ob merita
ſuorum āplius cōprobāda et tāta dignatus ē exhibere
ꝑ ſuos cæli miſtros circa defunctos quāto magis credē
dum ē hodierna die militiā cæloruȝ cum ſuis agmini
bus feſtine ob uiā ueniſſe genitrici dei eāqȝ igēti lumie
circumfulſiſſe: et uſqȝ ad thronuȝ oli ſibi etiā āte mun
di cōſtitutionē paratuȝ cum laudibus et canticis ſpirita
libus ꝑduxiſſe: Nulli dubius quin oēs illā cæleſtē hieru
ſalē. tunc exultaſſe ieffabili lætitia: tunc iocundatā ēe i
eſtimabili caritate: tunc cuȝ oi gratulatiōe iubilaſſe: quo
niā feſtiuitas hæc q̄ nobis hodie reuoluitur annua illis
oibus facta ē continua. Nec imerito. Creditur eni ꝙ
ſaluator noſter oium ipſe ꝙ̄tuȝ datur itelligi ꝑ ſe totuſ
feſtinus occurrit et cuȝ gaudio eaȝ ſecuȝ i trono collo
cauit. Alias autē quomō ipleſſe creditur qd̄ i lege ipſe
præcepit: Honora patrē tuum et matrē tuā. Porro ꝙ
patrē honorauerit ipſe ſibi teſtis ē cum ad iudæos ait:
Ego gloriā meā nō quæro: ē qui quærat et iudicet: ſed
honorifico patrē meum et uos ihonoraſtiſ me: De ma
tre uero euāgeliſta cum redirent ueniēs nazareth ait.
Et erat ſubditus illis. Sed alia ē natura qua deuſ pa
ter ſecunduȝ ſe honoratur. Alia qua ideȝ parētibus ſu
bditur. In utraqȝ tamē unus idēqȝ chriſtus recte credi
tur eo ꝙ caro factum ē et hitauit i nobis: unus emanu
el quod ē nobiſcū deuſ. Hāc quippe unionē diuinitatiſ
atqȝ humāitatis cōfuſā idiuiſāqȝ fideſ catholica ſeruat
Quā ſaneiitelligēdo cognoſcit naturalis atqȝ ſecunduȝ
ſubſiſtentiā cōuentio unitatis ut neqȝ cōuerſio i alteru
trā duarum ſubſtantiarū partes recipiatur neqȝ diui
ſio. Sic nāqȝ credere honoraȝ ē matrē domini: quæ et
deum nobis genuit et hominē: neqȝ homineȝ ſie deo
neqȝ ſine homine deuȝ: ſed deuȝ et homineȝ unum et
uerum ieſuȝ chriſtuȝ. Alioquin dei genetrix dici n̄ poſ
ſet. qd̄ multi hæreticoruȝ negare conati ſunt: niſi deuȝ
uere genuiſſet icarnatuȝ. Et propterea duaſ i chriſto re
cte confitemur natiuitates. Unā uidelicet de patre ſine
matre ſine initio et ſine tꝑe ſempiternā et coæternam
deo patri: alterā de matre cum tempore: quando miſe
rationeȝ induens et miſericordiā ſpontanea uoluntate
ad nos deſcendit natus deus hō: Ac per hoc iuxta ue
ritatē et matris geſtatur utero qui ſēper deus agnoſci
tur. Hic etiā theotocon eaȝ ueraciter cōfitemur dei ſci
licet genitricē: necnō chriſtotocō nō ꝙ uerbuȝ carnē ſe
cum detulerit: neqȝ oli ꝓfatæ carni copulatum ſit: ſed
tunc quando uerbuȝ caro factuȝ eſt: ex carne uirginiſ di
uinitatis atqȝ humāitatis ſubſtātia in utero ita cōfuſæ
unitur ut una ꝑſona ſit hō et chriſtus. Ex duabȝ ſiqui
dem naturis ſine cōfuſione alterius nō niſi unuſ iuēia
tur iſinitus ieſus dominus manens deus i forma dei
qui ſemetipſū exinaniuit formā ſerui accipiens: manēſ
unus idemqȝ i forma ſerui ꝙ̄ accepit. Totuſ quippe de
us i carne uirginis de qua natus eſt et totus hō. Hinc
quoqȝ apoſtolus in quo iquit habitat oīs plenitudo
diuinitatis corporaliter quapropter o filiæ eſtote pru
dentes ſicut ſerpentes et ſiplices ſic columbæ ut ex pru
dentia ꝑfecte: intelligentiæ āuluȝ fidei uiæ et margarit
tā pro qua omnia reliquiſtis integrā inuiolatāqȝ ſerue
tis ne dotē ſimul et arrā ſpiritus ſancti quod abſit ꝑda
tis. diligentius itaqȝ procurate ſi quomō ſiplicitas co
lumbæ q̄ fuit i maria illæſa inuiolataqȝ in uobis cuſto
diatur: de qua Salomō in cāticis quaſi in eius laudeȝ
Ueni colūba mea imaculata mea. Iā eniȝ hyemſ abit
et receſſit. Hac deinde inquit: ueni de libāo ueni: nec i
merito ergo de libano uenire iubetur quia libānus cādi
datio iterpretatur. Erat. n. cādidata beata Maria mul
tis meritorum uirtutibus: et dealbata niue candidior
ſpiritus ſancti muneribus ſimplicitatem columbæ in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnibuſ repræſētās. quoniā quicquid in ea geſtum eſt
totum puritas et ſimplicitas: totum ueritas et gratia fu
it: totum miſericordia et iuſticia quæ de cælo proſpexit
Et ideo imaculata quia in nullo corrupta. Circumdedit
eni uirum in utero ſicut Hieremias ſāctus teſtatur: et
nō aliunde accepit. Faciet inquit dominus nouum ſup
terrā: et mulier circundabit uirum. Vere nouum et ōni
um nouitatum ſupeminens nouitas uirtutum quando
deum quē ferre nō poteſt mundus neqꝫ uidere aliquiſ
ut uiuere poſſit ſic ingreſſus eſt hoſpitium uētris ut cor
porale clauſtrum neſcieret: ſicqꝫ geſtatus ut totus deuſ
in eo eſſet: et ſic inde exiuit: ut. Eſechiel teſtatur omnis
clauſa. Unde canitur in eiſdē cāticis de ea. Hortus con
cluſus eſt fonſ ſignatus: emiſſiones tuæ paradiſus. Ve
re hortus delitiarum: in quo cōſita ſunt uniuerſa florū
genera et adornamēta uirtutum: Sicqꝫ cōcluſus ut ne
ſciat uiolari neqꝫ corrūpi ullis inſidiatorum fraudibꝫ.
Fons itaqꝫ ſignatus ſigillo totius trinitatis ex quo fōs
uitæ manat: In cuius lumine omnes uidebimus lumē:
Quia iuxta Joannē ipſe ē qui illumiat oēs hominē ue
nientē in hunc mundū. Cuius profecto emiſſio uteri
ſupnorū ciuium oīum ē paradiſus. De iſto nanqꝫ uen
tris agro patriarcha Jſaac longe adorās aiebat dicēs
Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni quē benedixit do
minus: Quis putē parum itelligentes qđ priores ſācti
minus de chriſto itellexerit myſterium icarnationiſ eius
et ipſi eadē ſaluati ſit gr̄a. Unde cōſtat tēpus nō ꝑiudi
caſſe ſacramētū uniti hōis ac dei. ita ut iā eſſet in illo
ꝑ unitatē perſōæ ab initio ſæculi qui necdū erat natuſ
ex Maria uirgīe qđ multis ſcripturarū declaratur in
diciiſ. Unde dominus ad iudæos Anteq̄ Abraā inquit
fieret ego ſū: quibus utiqꝫ uerbiſ oſtēdit ſe qui loque
batur i eo ſēp fuiſſe myſterio unitatis quā ut cōmēda
ret Anteq̄ Abraā iquit fieret ego ſū. Nā Abraā āteq̄
fieret humāitatis ē breuitas: Ego autē ſū æternitaſ na
turæ declaratur: In qua nimirū æternitate iā ſe fuiſſe
qui loquebatur ꝑ ſacramētum ſuæ incarnationis iſiuat
Qđ apoſtolus Judas uolēs dilucidare aptius: Jeſus i
quit populū ex ægypto ſaluās ſecundo eos qui non
crediderunt perdidit. Et alibi Paulus Neqꝫ tētemus
chriſtū ſicut quidā ex eis tentauerunt: Nō ꝙ iā Jeſus
ēēt aut chriſtus natus ex Maria: Sed quia i illo uni
co dei filio iā unitas ꝑſonæ cōmēdatur: quæ occulta e
rat i myſterio. Qđ et alibi euidēter Qui elegit noſ iquit
ante mundi cōſtitutionē in ip̄o quia profecto quicquid
deus fecit ab initio chriſtus totū fecit ꝑ unitatē ſacra
menti. Et ideo iā Jeſus erat i filio qui educebat popu
lū et chriſtus i eo qui tētabatur: quoniā ſemp ꝑ ſacra
mēti unitatē in deo fuiſſe nō dubitatur. Alioquin ni
ſi ita credideris aut chriſtus deus nō erit oīo aut con
tra ꝓhetā deus recēs eē uidebitur: Sꝫ ne talibꝫ qua
tiamur calumniis ſcrutādæ ſunt ſcripturæ: i quibus uni
tas in chriſto cōmendatur ꝑſonæ quoniā non ꝑiudicat
tp̄s ne unus ſēper dicatur. Hic quoqꝫ beatus Petrus
loquēs de patribus ait Per gratiā domini dei nr̄i Jeſu
chriſti credimus ſaluari quēadmodū et illi. Namqꝫ il
los dominus ſolus ducebat et nō erat cū eo deus a
lienus: Unde nec nobiſcū deus recenſ quia unus idē
qꝫ ē: qui et eorū ductor fuit et noſter per paſſionē car
nis ſuæ redēptor: unus ſiquidē ſua i carne: unus in ſa
cramēto atqꝫ unus i ſpiritu: nec admittit oīo ut alius
filius hōis: alius filius dei itelligatur: qui nec tēpore ꝑ
ſcribitur: nec paſſiōe ſuperatur: ſꝫ totus deus i chriſtū
et chriſtus i deum trāſiit ut quicquid dei filiuſ ē chriſtuſ
dicatur: et quicquid i carne chriſtus ꝑtulit: id deus ꝑtu
liſſe recte credatur: Alioquin ſi ad rōes reſpicias et ad
ſenſus humāos nequaq̄ ita hactenus potuerunt inter
ſe cōuenire deitas et humana cōditio: Conuenerunt ta
mē in chriſto et unus ex ābobus Emanuel. Unde mi
hi uidetur ꝙ altitudinē myſterii diligēter itelligeꝛ et ui
dere nō potuerunt: qui aut duos filioſ certe aut aliud
chriſtū q̄ dei filium exiſtimauere. Quapropter nec noſ
hominē ſeorſum colimuſ qđ fas n̄ ē nec adoramuſ. Sꝫ
deum magis icarnatū qui propriū ſibi corpus aīatum
uniuit: ita ut deus uerbum caro fieret: et nō i aliū quē
libet ſed in ſemetipſū: qui unus et uerus dei filius ſē
per erat. Jccirco nō alium q̄ eundē ipſumqꝫ filium dei et
colimus et adoramus qui nihil i ſe pro aſūpto homie
eſt auctus. Nihil qđ uerbū caro factus ē iminutuſ uel
imutatuſ. Et idō unus idēqꝫ ſēp filius cū deo patre a
doratur nō nouus: nō recēs ex tēpore nō aliēus a na
tura uel genere. Qđ ſi nouum tibi uidetur propter qđ
hominē aſſumpſit noueris ꝙ hoc ſēper cum eo et in
eius cōſilio fuit ut ſic fieret et nunc quādo plenitudo tē
poris uēit id factū ē qđ i chriſto ſēper factum fuit. Ta
libus quippe priores ſancti diuinitus aſſitiebātur ado
ramētis. talibus inſpirabātur de chriſto ꝑſagiis ꝙ naſci
turus eſſet i mundo: i quo ēēt oīum ſalus et benedictio
æternæ hæreditatis. Iſtæ ſiquidē ſunt fidei ueſtes iſtæ
quibus priores ſācti ueſtiebātur: Iſtæ quas rebecca im
mo ſpiritus ſāctus ſecū domi habuit quibus iduit Ja
cob filium ſuū. Alias autē niſi ab ſpiritu ſācto ſeruata
domi et prolata eſſēt quid miri odoris in eiſdē pater
Jſaac hauriret ita ut diceret cū ꝑſēſiſſet ueſtimētorū
fragrātias. Ecce odor filii mei ſicut odor agri plēi quē
benedixit dominus: Sed forte dicturus ē aliquis quid
ad rebeccā ſpiritus ſāctus pertiet cum multis i locis ꝑ
ſonæ pro deo figuratæ accipiātur. Verū tamē et ſāctuſ
ſpiritus i hebræo ruha fœmieo genere dicitur nō ꝙ ſe
xus in deū monſtretur imo ne forte ſuſpicetur ſub re
gula trium liguarū ſpiritus ſāctuſ diuerſimode accipi
tur: In hebræo ſcilicet ut dixi fœmieo genere legitur.
In græco uero ne ſexus i eo credatur πνεῦμα neu
tro iuenitur: et in latio maſculinū ēē decernitur. Qui ni
mirū ſpiritus ſāctus ꝑ rebeccā bene itelligitur. Et idō
totum ē in myſterio qđ geritur ut ꝑ ueſtimentorū fra
grātiā chriſtus anuntietur quē nos oēs quicunqꝫ bap
tiſamur iduimur i quo benedixit nos nō qualecunqꝫ
ſed oī ut apoſtoluſ ait benedictione ſpiritali i cæleſtibꝫ.
Unde et angelus Marie loqui icipiēs a benedictione
exorſus ait Benedicta tu i mulieribuſ et benedictuſ fru
ctus uētris tui. Cuius profecto i ſpiritu lōge odorem
trahēs pater Jſaac benedicebat filium i quo cæleſtiſ oīſ
benedictio mundo effloruit: et bene ab eo plēus ager
dicitur: quia plēa gr̄a uirgo Maria pronuntiatur: De
cuius utero fructus credētibus effulſit: Et nos inquit e
uāgeliſta de plenitudine eius accepimus gr̄as pro gr̄a:
Quapropter obſecro uos o filiæ talē ac tātā gratiā ne
in uacuū recipiatis quæ ē i chriſto Jeſu i quo ē deus
et hō ſic unitus in una eadēqꝫ ꝑſona ut legatur q̄ ſæ
pe in ſcripturis diuinis. Homo deo coæternus prop
ter unionē ſubſtātiæ: ac deide deus homini uideatur cō
paſſus. Cum nec initiabilis ſit hō: nec paſſibilis deus:
tamē ſic unitus ē deus ſuo corpori ut nullā patiatur fie
ri inter deū et hominē humana opinione diſtātiā. Ne
forte quod abſit alius filius dei alius filius hominis
credatur: præſertiꝫ quia ſcriptura diuina ſic cōnectit et i
corporat deū et hominē ut nec in tp̄re hominē admo
dum quis a deo nec in paſſiōe poſſit diſcernere deū ab
homine. Unde ſi ad tp̄s reſpicias inuenies ſēp filium
hōis cū filio dei. Si ad paſſionē inuēies ſēp cū filio
hominis eundē dei filium ita unitus et indiuiduus q̄tū
ad uocē ſcripturæ ꝑtinet: ut nec homo ſeparari a deo
tēpore: nec ab homine deus ualeat paſſiōe. Siquidem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut hæc apertius itelligatis ipſius chriſti uerba diſcutite
Nemo inquit aſcēdit in cælum niſi qui de cælo deſcen
dit filius hominis qui ē in cælis. Quis ē q̄ſo qui loqui
tur: chriſtuſ utiqȝ: ubi rogo tunc erat cū hæc loq̄batur?
In terra ſcilicet. et quomō ſe de cælo anteq̄ naſceretur
deſcēdiſſe teſtatur etiā et cum loquitur in cælo ſe ēē fa
tetur eundēqȝ filius hominis eſſe dicit cuȝ utiqȝ ð cæ
lo niſi deus deſcēdere nō potuerit: et cuȝ i terris loqui
tur nō niſi unus idēqȝ chriſtus ē. Et hæc mira et admi
rabilis nouitas imo oīus nouitatuȝ ſupeminēſ nouitaſ
nouitatis. Quā niſi diligēter uirgo prudēs ab exordio
ſācti euāgelii animaduertas magiſ errare i oī ſcriptura
uideberis diuia: q̄ itelligeꝛ ueritatē. Cōſtat igitur unū
eundēqȝ chriſtus ſecundus utraſqȝ formas operatum
humanitatis. ſ. ac diuinitatis: et per hoc duas extitiſſe
opatiōes: operata ē eni utraqȝ forma uel natura cum
alterius cōmunione qđ proprius habuit uerbo ſiquidē
opante qđ uerbi ē: et carne exequente q̄ carnis erāt: cō
municāte ſiquidē ei uerbo i eadē opatiōe: dnȝ et idem
deuſ atqȝ homo i una ſubſtātia uel perſona ſie diuiſiōe
aut cōmixtione creditur et præcognita una identitas p
dicatur. Verumtamē deus uerbus ē et nō caro: quāq̄
carnē rationabiliter aiatā aſſumpſit. Hācqȝ ſibi unitōe
naturali: et ſecundus ſubſtātiā couniuit. Similiter et
caro ē animata et nō uerbuȝ: licet dei uerbi caro cōſpe
cta ſit et uiſa. Vnde et Ioānes qđ fuit ab initio et qđ
audiuimus iquit et uidimus et pſpeximus et māuſ nīæ
ptractauerunt de uerbo uitæ: profecto cum nemo deū
uerbus uidere aut poſſit tractare manibus niſi p ſacra
mētum uniti ſibi hominis: quæ nimiruȝ unitio tā mira
ē ut diſcerni nequeat: Alioqui qđ fuit ab initio uerbuȝ
quomō recte dicitur hoc totuȝ eē qđ apoſtoli audierāt
quod uiderāt: quod māibus tractauerāt: niſi quia chri
ſtus unus idēqȝ erat? Ac p hoc qđ audierāt q̄đ uiderāt
qđ māibus tractauerāt: uerbuȝ uitæ erat: et nihil aliud
ex duabus naturis q̄ unus iuxta ſubſtantiā uel pſonā.
Hic ē q̄ unus idēqȝ manēs filius unigenitus idiſſepa
tus i utriſqȝ naturis cōſpicitur: et quæ ſunt eiuſdē ſub
ſtātiæ naturaliter operatur ſecundus uniuſqȝ iſitā eſſē
tialē qualitatē uel naturalē proprietatē qui ſi naturā ha
beret ſigularē et icōiunctā nō ageret utiqȝ. Nunc auteȝ
emanuel deus unuſ ē et i eo ipſo uterqȝ idē deuſ et hō
quæ utriuſqȝ naturæ ſunt ueraciter geſſit ſecundus aliud
aliter q̄ geſta ſunt operās. Ergo ſecundus quod deuſ
idē ipe ē egit q̄ diuina ſunt: ſecundus qđ homo idē ipe
q̄ humana ſunt ſeipſuȝ uolēs oſtēdeꝛ: qđ deuſ idē ipſe
et hō ē: et iō idē ipe tā q̄ diuia ſūt agit q̄ q̄ hūana ſimili
ter et loquitur. Et non alius quidē miracula operatus
eſt: alius ppetrauit humana paſſioneſqȝ ſuſtinuit: ſed
unus idēqȝ chriſtus dei filius atqȝ hominis filius qui
et diuina geſſit et humana. Siquidē iſeparabiliter atqȝ
indiuiſe cōmunes chriſtus habuit actiones. Sed itelli
gēdæ ſunt ipſoruȝ operuȝ qualitates cōpræhendēdūqȝ
ſēper ad quæ prouehatur humilitas carnis: et ad quæ
iclinetur altitudo diuinitatis ita ut per oēs textuȝ ſancti
euangelii uideatur: et nihil caro ſine uerbo agere: neqȝ
uerbum ſine carne quicq̄ efficere. Vnde quod cōcipit
et parit uirgo ſicut nō ſine potētia uerbi ē: Ita nō ſine
uirtute carnis quod naſcitur quod faſciis pannoruȝ ia
cet inolutus et i pſepio reclinatur. Porro q̄ ſtella duce
a magis adoratur: ſic deitatis ē ita et humanitatis qđ
i ægyptuȝ per fugā ne capiatur abducitur. Sic itaqȝ
oīa uirtutuȝ opera cōſiderāda ſunt ut reddamuſ deo q̄
dei ſunt et homini q̄ hominis ſunt quoniā ſicuti ē unuſ
qui laȝarum uerbo potētiæ ſuæ uocat ut exeat foras a
monumento ſic idē ipſe unus ē qui fleuit humanitatis
affectus. Sic quippe cuncta oportet cōſiderare quāte

nus et plena diuinitas i chriſto itelligatur homini uni
ta et plena humanitas i deus aſſumpta. Hæc iccirco di
xeri tāuſper de fide icarnationis cariſſiæ Quia plures
orientalium circūennt ſuis fæcibȝ obuoluti ne ſuo noſ
nubilare uelint obſcuritatis eloquio uel græco turbine
latinā cōfundere puritatē. Sunt eni prudentes uirgieſ
ſunt et fatuæ et ideo dilectiſſimæ imitamini quā amatiſ
imitamini beatā et glorioſā urginē cuius hodie i terriſ
feſta colitis: de qua dicitur: Maria aūt cōſeruabat oia
hæc uerba q̄ de chriſto dicebātur. ſ. cōfereſ i cord ſuo
Cōferte ergo et uos i cordibus ueſtris cariſſiæ: quæ de
ipſo eodēqȝ domio catholice dicuntur ut fidē itegrā ſer
uare poſſitis et matrē eius debite uenerari: quoniā nul
lus honor eius ē alius niſi cuȝ ille iure honoratur qui
naſci dignatus ē ex ea. Cæterum rogo quæcunqȝ eſtis
filiæ quæcunqȝ matres cogitate attētius et ppēdite di
ligentius quibus afficiebatur beata et itemerata Virgo
doloribus poſt chriſti ad cælos aſcenſum: expletiſ oibȝ
quæ de ipſo erāt ab angelis prædicata et a prophetis
multifarie multiſqȝ modis præſignata: diuinis declara
ta oraculis uirtutibus exhibita et quæ humāitatis ſunt
oſtēſa pſagiis. Quæſo ſi qua i uobis uiſcera ſunt pieta
tis: cōſiderate quo cruciabatur amore: quo ue deſiđrio
æſtuabat hæc uirgo: cuȝ reuolueret aīo cuncta: quæ au
dierat: q̄ uiderat: quæ cognouerat. Puto q̄ quicquid
cordis ē: quicquid mētis: quicquid uirtutis humanæ ſi
totum adhibeas nō ſufficit ut cogitare ualeas quanto
ideſinenter cremabatur ardore pii amoris quātis mo
uebatur repleta ſpiritu ſācto ſecretoruȝ cæleſtiuȝ incita
mentis. quia etſi diligebat chriſtuȝ ex toto corde et ex
tota aīa: et ex tota uirtute: nouis tamē quotidie iſlāma
batur pſentia abſēs deſideriorum affectibus: tanto ſiqui
dē ualidius: quāto diuinis illuſtrabatur itus uiſitationi
bus quā totā repleuerat ſpiritus ſācti gr̄a totā icandue
rat diuinus amor: ita ut in ea nihil ēet mundāus quod
uiolaret affectuſ ſed ardor cōtinuus et ebrietas profuſi
amoris. Nā et chriſtus ē ab oibus amādus ex toto
corde: et ex tota aīa: atqȝ ex tota uirtute quærendus:
maxie tamen ab ea ardentius cuius et dominuſ erat et
filius. Fortaſſis ergo pnimio amoꝛ i loco quo ſepultuſ
dicitur iterdum eā habitaſſe credimus quatenus piis
paſceretur internus amor obtuitibus. Sic nāqȝ locus
medius eſt hinc inde conſtitutus: ut adire poſſis aſcen
ſionis eius ueſtigia et locū ſepulture eius ac reſurrectō
nis: ſeu omnia in quibus paſſus eſt loca in uiſcere nō
q̄ iā uiuentem q̄reret cum mortuis: ſed ut ſuis cōſola
retur aſpectibus. Hoc quippe habet impatiens amor:
ut queȝ deſiderat. ſemp inuenire ſe credat. Ignorat ſi
quideȝ iudiciuȝ: rōe multociens caret: modus neſcit:
nec aliud cogitaꝛ pōt q̄ qđ diligit: amor nō accipit de
impoſſibilitate ſolatium: neqȝ ex difficultate remedium
Quæ. ſ. beata uirgo q̄uis iā in ſpiriu eſſet: tñ dnȝ in car
ne uixit: carneiſ mouebatur ſenſibus: et ideo q̄ ſæpe lo
corum recreabatur uiſitationibuſ: et queȝ genuerat mē
tis cōplectebatur āplexibus: Deniqȝ amor chriſti deſiđ
rium pariebat: deſiderium uero gliſcens quaſi nouis
reparabatur ardoribus in tātuȝ ut credā nō nunq̄ q̄
omnia etiā et ſemetipſā trāſcenderit: quia ōnino amor
impatiens quod amat nō pōt nō uidere. Hinc ē cariſſi
me q̄ oēs ſācti omnia quæ meruerāt pro paruis duxeꝛ
ſi dominum quem amauerāt nō uiderēt: ſicuti et uene
rabilis uirgo beata maria nōdum dignum pro innume
ris et immenſis bñficiis reddebat interdum obſequiū
ſāctitatis: dum benefitiorum in terris poſita non pote
rat uidere largitorem. Et ideo dilectiſſime hodie leua
tur ſup choroſ āgelorum: ut poſſit ſpetiem uultumque
uidere ſaluatoris quem amauerat: quem cupierat ex

toto deſiderio cordis. Quod ſi gaudium ſit in cælo de
quolibet peccatore cōuerſo: multo magis putandum
pro tātæ uirginis exaltatione et gloria ꝙ exultatio fiat
ī ſupnis: cuius nimirum feſtiuitas oīum ſupnorum ciui
um eſt gratulatio ꝑſerti quia eius celebritas laus et fa
uor ē ſaluatoris. Unde credimus ut ſupra dictum ē: ꝙ
nō hunc dies tātus ſolennē ducāt pro eius honore an
nuum. Uerum etiā cōtinuus et æternus iocunditatis læ
titiæ ac ueneratiōnis obſequio cum oī colunt amoris
et gaudii tripudio. Nec imerito igitur oīs illa cæleſtis
ciuitas cōgratulatur et ueneratur matrem cuius ſup ſe
adorat filium regē: ante quē tremunt poteſtates. et cur
uatur oē genu. De huius nimirum aſcenſione ad cælos
multo admirātis intuitu ſecretorum cōtēplator cæleſtium
in cāticis Uidi ſpetioſā inquit aſcēdētē quaſi columbā
deſup riuos aquarum et uere ſpetioſa quaſi columba:
quia illius ſpetiē columbæ ac ſiplicitatē ꝑmonſtrabat q̄
ſuper dominus uenit et docuit Joannem ꝙ hic eſt qui
baptiſat: Et bene deſup riuos aquarum: quia ſup refe
ctionis aquā educarat eā domius et nutrierat. Ex qua
multi deducti riui omnē irrigāt terrā delitiarum et ifun
dunt hortum uoluptatis: ex quibuſ cotidie lota et ꝑfuſa
beata dei genitrix aſcēdit hodierna die ſpetioſa ualde et
admirabilis: cuius iæſtimabiliſ odor erat nimis: et idō
ineffabilis ad cuius profecto fragrātiā odoris oīs illa
cæleſtis hieruſalē læta decurrit: quā circundāt floreſ ro
ſarum et lilia cōuallium eo ꝙ oēs aiæ martyrio rubrica
tæ eā æternæ dilectionis cōplectuntur āplexibus: et uir
ginitatis ſplendore cādidatæ ac ſi lilia in ualle humili
tatis enutritæ. Circundāt eā ueneratiōis gratia obſeqn
tes. Recte ergo quoniā beata dei genitrix: martyr et
uirgo fuit quāuis in pace uitā finierit. Hic quoqꝫ ꝙ
uere paſſa ſit Simeon propheta loquēs ad eā Et tuā
inquit aīmam ptrāſibit gladius. Ex quo conſtat ꝙ alii
quoqꝫ ſācti etiſi paſſi ſunt pro chriſto in carne: tamē in
aīa quia imortaliſ ē pati nō potuerunt. Beata dei geni
trix quia i ea parte paſſa ē q̄ ipaſſibilis habetur Jdeo
ut ita fateor quia ſpiritaliter et atrocius paſſa ē gladio
paſſionis chriſti plu ſq̄ꝫ martyr fuit: Unde cōſtat: quia
plus oībus dilexit propterea et plus doluit i tātū ut aī
mā eius totā ptrāſiret et poſſideret uis doloris ad teſti
monium eximiæ dilectiōis. Quæ quia mēte paſſa ē pluſ
q̄ꝫ martyr fuit. Nimirum ut eius dilectio āplius fortis
q̄ꝫ mors fuit: quia mortē chriſti ſuā fecit. Nunc autem
circundāt eā flores roſarum ideſinēter admirātes eius
pulchritudinē iter filias hieruſalē. i qua rex poſuit thro
num ſuum: quia cōcupiuit eius ſpetiē et decorē. Fuit. n.
plēa caritate et dilectionis. Jccirco ſequitur poſt eam
purpuratorum exercitus et cādidatorum grex: quia ſi di
ligentius aſpicias nihil uirtutis ē nihil ſpecioſitatis: ni
hil cādoris gloriæ qđ ex ea ñ reſpiēdeat: et Jccirco be
ne circundāt eā flores roſarum et lilia cōuallium ut uir
tutes uirtutibus fulciātur: et formoſitas decore caſtita
tis augeatur. Nā oīs ſplēdor et gloria quanto illuſtra
tur fulgor ſuo ſublimius tāto apparet ꝑſtātior claritate
quorumlibet ſubiectorum et eximior ꝑdicatur. Sic et
beata dei genitrix cuiuſ plātatio ac ſi roſe in hierico ſpe
tialius refulſit: et cādor uirginitatis ſplēdidius emicu
it: cum circundatur offitio caritatis: ſubmittitur ſāctorū
clari tas: ut eius amplius gloriæ cōmēdetur: q̄ ſup āge
lorum choros eleuata ēē beatiſſima ꝑdicatur. Nā ange
lorum q̄uis cælſior natura ſit: nō tamē maior gra: quia
et ipſi gratuita gra ne corruerēt ſunt ſaluati. Unde Da
uid īquit Uerbo domini cæli firmati ſunt: et ſpiritu o
ris eius oīs uirtus eorum. Quod ſi ſpiritu dei oīs uir
tus eorum ſubſiſtit: cōſtat beatā et glorioſā uirginē in
quā ſupuenit ſpiritus ſāctus et deus totus illapſuſ por

tatur nouē mēſibus i utero āpliora promeruiſſe priui
legia uirtutū et pcepiſſe gratiā ab angelis etiā collauda
tā. Unde et ſi admirabilis eorum uirtus ē et firmitas ꝑ
petuitatis mirabilior tamē i Maria quā obumbrabat
uirtus altiſſimi ut ultra oēs uirtutē ſit āgelicā qđ factū
ē in ea et admirabile cunctis ſæculis ſacramētum Ac ꝑ
hoc etiā angelis exīde maior ꝑſtatur gra cum iſtauran
tur oīa ab eo quē uenerātur et adorāt ſup ſe chriſtum ī
gem dominum natum ex eadē uirgie. Hic et maria cū
ctis tāto uenerabilior: quāto gracioſior: et quāto uirtu
ueritatis et timorē falſitatis. Quādo aliquos eorum ī
hoc populo agnoſcitis quomodo gaudetis quia in uo
bis ille eſt:qui quærit qd̄ perierat ſuggeretur aliquan
do nobis ut uos audiat et diſcedat: audiet et irridebit
audiat et irrideat: Aliquando Sapiet aliquādo cognoſ
cet:aliquando relinquitur populo ſuo remanēt in cor
de ſuo: Renunciat errori ſuo gratias agitur deo ſuo. Illi
autē quid? qui eſtis? Chriſtiani ſumus.non ſed explo
ratores et illi catholici ſumus.conati ſunt iiuriare me
liori conſilio pœnitet eos:atqȝ utinā ſic pœniteat:et i
bi remanere pœnituit eos qui ingreſſi ſunt iniuriare.ta
mē quos proiecerunt Chriſtianos fideles catholicos
quos tenuerunt nolo dicere:quos proiecerunt uideo:
quos tenuerunt chriſti dicant. Dicant ergo uocē ſuam
uideamus an chriſti ſit uox an paſtoris ſit uox:quas ſe
quantur oues:ſiue per bonus ſit uox iſta:ſiue per ma
lum hominē:utrum ſit uox attendamus . Quærit infir
mus eccleſiā. Tu quid dices? partis donati eſtis: eccle
ſia: Ego uocē paſtoris inquiro: lege mihi hoc de Pro
pheta: lege mihi de pſalmo: recita mihi de Iſaia: de le
ge de Euāgelio recita: recita de Apoſtolo. Inde ego re
cito eccleſiam toto orbe diffuſam:et dominum dicentē
Quæ ſunt oues meæ uocē meas audiunt et ſequuntur
me. Quæ eſt uox paſtoris et ꝑdicaturi in nomie eius
pœnitentiam et remiſſionē peccatorum per omēs gen
tes icipientibȝ ab hieruſalem Ecce uox paſtoris agnoſ
cis:et ſequēs ſi ouis es:ſed illi codices tradiderunt ac
illi thus idolis poſuerunt:et ille Quid ad me de illo et
illo ſi fecerunt non ſunt paſtores. Tu uocem paſtoris
edicito quia nec de illis uocē paſtoris ānuncias:tu ac
cuſas non euangelium.tu accuſas nō prophetam non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apoſtolum de illo credo aliis non credo:ſed acta pro
fero:acta profero:credamus tuis. cred et tu meis:nõ
credo tuis:noli credere meis:auferantur chartæ hũa
næ:ſonant uoces diuinæ. Ede mihi unam ſcripturæ uo
cem pro parte Donati: Audi inumerabiles pro Orbe
terrarum:quis eas enumerat. Quis.n.eas terminat ta
men ut pauca cõmemoremus legẽ attende primum dĩ
teſtamentum. In ſemine tuo benedicentur omnes gen
tes. Et i pſalmo Poſtula a me et dabo tibi gentes hæ
reditatẽ tuam:et poſſeſſionẽ tuam terminos terræ. Cõ
memorabuntur et cõuertentur ad dominum uniuerſi
fines terræ:et adorabunt in cõſpectu eius uniuerſæ pa
triæ gentium:quoniã ipſius eſt regnum:et ipſe domia
bitur gentium. Cãtate domino cãticus nouum:cãtate
domino omnis terra: Et adorabunt eum omẽs reges
terræ:omnes gẽtes ſeruiunt illi. Quis enumerare ſuffi
ciat prope omnis pagina nihil aliud ſonat ꝙ chriſtum
eccleſiam toto Orbe diffuſam ſine aliquo dubio pe
rituram fuiſſe dicunt:peritura prædicta eſt tot teſtimõi
is manſura: nec una uox iſta per legem p prophetas
p cantica paſtoris eſt.nec.n.illi uerũ dicere ſine uerbo
dei potuere quod eſt chriſtus: Audi uocẽ uerbi mira
tus fidem centurionis. Amen inquit dico uobis nõ in
ueni tantas fidem in iſrahel propterea dico uobis qz
multi ab oriente et occidẽte uenient. Ecce eccleſia chri
ſti:ecce grex chriſti: Tu uide ſi uis eſſe. Non.n.te latet
grex qui ubiqz es:non hẽbis quid reſpondeas iuditio
tuo:quem nõ uis eſſe paſtorẽ tuum:nõ habebis inquã
quid reſpondeas iuditio tuo. Neſciui nõ uidi nõ audi
ui:quid eſt quod nõ ſciſti: nec eſt qui ſe abſcondit a ca
lore eius. Quid eſt quod nõ uidiſti Viderunt omẽs fi
nes terræ ſalutare dei noſtri. Quid eſt qd non audiſti?
In omnẽ terrã exiuit ſonus eorum et i fines orbis ter
ræ uerba eorum. Sed recte nobis Quare uox chriſti:
uox paſtoris quã oues audiant et ſequantur. Non iue
nitis quid dicatis uocem paſtoris nõ habetis. Audite
et ſequimini dimitte uocẽ lupi ſequimini uocem paſto
ris. Damus inquit audiamus. Damus et nos uocẽ pa
ſtoris. Audiamus in canticis inquiunt cãticorus loqui
tur ſponſa ad ſponſum eccleſia ad chriſtum nouimus
canticacanticorus. Sancta cantica amatoria cantica ſã
cti amoris ſanctæ charitatis.ſanctæ dulcedis plane uo
lo inde audire uocẽ paſtoris. uocem dulciſſimi ſponſi
eccleſiæ ſi aliquid habes audiamus Sponſa inquiunt
dicit ad ſponſum Annuntia mihi quẽ dilexit aia mea
ubi paſcis.ubi cubas.et ille inquit reſpondit in meridi
e. Manifeſta tibi teſtimonia proferebam quẽadmõm
iterpretareris. Poſtula a me et dabo tibi gentes hære
ditatem tuam et poſſeſſionẽ tuam terminos terræ Cõ
memorabuntur et conuertentur ad dominum uniuerſi
fines terræ. Quid eſt quod mihi de canticis cãticorum
profers qd forte nõ itelligis. Et.n.illa cãtica enigmata
ſunt paucis intelligentibꝫ nota ſunt paucis pulſãtibus
aperiuntur. Tenebo te accipe aperta ut merito tibi pẽ
duntur abſcondita quomõ eris penitrator obſcurorus
cõtemptor manifeſtorum? Ecce tamẽ ut poſſumus fra
tres hæc uerba diſcuciamus. Aderit deus ut uideatis
ibi ſanum intellectum. prio ꝙ ab omnibꝫ. imperitis fa
cillime iudicatur uerba ipſa male diſtingunt nunc audi
eris nunc probabitis. Et.n.ſic ſe habet textus ipſe lecti
onis. Sponſa loquitur ad ſponſũ Annuntia mihi q̃m
dilexit anima mea ubi paſcis ubi cubas?quod Sponſa
Sponſo dicat. qd ecclia chriſto dicat.nec nos dubita
mus nec illi ſed omĩa uerba ſponſæ. Audi uerbus qua
re qd adhuc ſponſæ eſt uis tribuere iam ſponſo? Audi
oĩa quæ dicit ſponſa. et tunc reſpondebit ſponſus Au
di euidentius hanc diſtinctionẽ quã dicturus ſum non

inuenies aliquid plus. Annuntia mihi quẽ dilexit aia
mea ubi paſcis. ubi cubas in meridie. Ipſa adhuc dicit
ubi paſcis ubi cubas in meridie. Et inde quia adhuc ip
ſa dicit. Sequitur.n.ne forte fiam ſicut operta tuorus
ſodalium ſuper greges. Puto omnes peritos iperitos
qꝫ diſcernere genus maſculinum et fœmininus. Oper
ta quæro cuius generis ſit. Ab omni homine q̃ro maſ
culini eſt ãt fœminini Annuntia iquit mihi quẽ dilexit
anima mea quẽ cum dicit maſculinum alloquitur ſpõ
ſum ait loquitur quia uero fœminina uirum alloqui
tur cõſequẽtia uerba indicant Annuntia mihi ubi paſ
cis ubi cubas in meridie ne forte faciam ſicut opta au
ditu operta ut fiant tibi hæc aperta. Annuntia mihi
ubi paſcis ubi cubas in meridie ne forte faciã ſicut op
ta ſuper greges ſodalium tuorum. Hucuſqꝫ uerba ſpõ
ſæ Iam incipiunt uerba ſponſi de mãifeſto. niſi cogno
ueris temetipſum. Agnoſce uiriliter fœmina teipſas in
quit Non cognoueris. Audi reliqua opulẽta iter muli
eres. niſi cognoueris temetipſam. O pulchra inter mu
lieres exi tu in ueſtigiis gregum et paſce hædos tuos i
tabernaculis paſtorum non tabernacula paſtoris. Vid
quõ cõminetur ſponſus uide quẽ in periculo quãuis il
le dulcis abſtulit. de medio blandimenta ꝙ blãde illa
Annuntia mihi quẽ dilexit anima mea ubi paſcis ubi
cubas in meridie. Veniet.n.dies medius quãdo ad ũ
braculum concurrant paſtores et forte latebit me ubi
paſcis et ubi cubas in meridie:et uolo mihi annunties
ne forte fiam operta.i.ſicut occulta et nõ cognita. Ego
enim manifeſta ſum:ſed ne ſicut occulta ſicut cælata in
cidam ſuper greges ſodalium tuorum. Omẽs.n.hære
tici a chriſto exierunt: omnes qui facti ſunt paſtores
mali habentes Greges ſuos ſub nomine chriſti illius
ſodales fuerunt:illius cõuiuiũ accepe. ſodales.n.dicũ
tur tãꝙ unius cõuiuii latia lingua ſic dĉi ſũt q̃i ſimul e
dales eo qd ſimul edant. Audi illum i pſalmo arguẽtẽ
Sodales malos ideſt unius conuiuii inimicus male
dixiſſet mihi abſcondiſſem me utiqꝫ ab eo et ſi ſuper
me magna locutus fuiſſet tu uero unanimus et notuſ
meus qui ſimul mecum dulcis capiebas cibos ergo
multi ſodales ingrati menſæ dominicæ exierunt foraſ
mali ſodales fecerunt ſibi mẽſas ſuas errexerunt:et ſi
putas quia meridies aphrica eſt quanꝙ poſſem obtie
re magis mundi meridiem eſſe partes ægypti et illas
exuſtas ſole regiones:ubi pluuia nõ apparet quia ipa
eſt meridies ubi feruet medius dies Vbi ãt heremus
plẽa milibus ſeruorum dei: Vnde ſi ad meridiẽ loco
rum uelimus aduertere quare non ibi paſcat magis ille
et ille requieſcat quãdo ante prædictũ eſt uberauerunt
deſerta heremi ſed ecce conſentio meridies Aphrica
ſit meridieſ hic ſunt ſodales mei eccleſia tranſmarina i
aliquorum ſuorum nauigante in aphrica ſolicita ne er
ret inuocat ſponſum ſuus et dicit ei abundat audio hæ
reticos in aphrica abundare audio rebaptiſatores in a
phrica Eſſe autem ibi uos minus audio et illud audio
et hoc audio ſed qui ſunt tui a te uolo audire Annun
tia mihi quam dilexit anima mea ubi paſcis ubi cubaſ
in meridie Audio duas partes eſſe Vnam dõati Alte
ras uniuerſo tuo cohærentem tu mihi dic quo eã ne
forte uelut operta ideſt ignota ſuper greges ſodalium
tuorum incurram in greges hæreticorum conãtes po
nere lapidem ſuper lapidẽ qui deſtruatur ne irruam in
rebaptiſatores: Annuntia mihi et ille qui cõmendat u
nitatẽ paſtores in hac lectione dixit Ego paſcam:paſto
res autẽ reprobat qui multi eſſe uoluerunt unitatẽ ami
ſerunt ſeueriſſime non blande reſpondetis:ſed pro ma
gnitudine periculi niſi cognoueris inquit temetipſam
O pulchra inter mulieres pulchra es inter mulieres.

Sed agnoſce ubi te agnoſceo:in toto orbe terrarus. ſi
enim pulchra unitas eſt:ubi diuiſſio:feditas: Non pul
chritudo:niſi cognoueris temetipſum:in me credidiſti
agnoſce te i me quomõ credidiſti:quomodo et illi ma
li ſodales conſentiunt uerbum carnẽ factum natus ex
uirgine crucifixum reſurrexiſſe:aſcẽdiſſe in cælis. Uita
lẽ me credidiſti talem et illis ſonant:cognoſce te et me
in cælo:te in toto orbe utrum quẽlibet ex eccleſia: tan
quam eccleſiam chriſtus alloquitur. Nas quõ eccleſia
quærit:eccleſia ſecundus ipſos loquitur. Annuntia mi
hi quem dilexit anima mea ubi paſcis:ubi cubas:quid
quæris eccleſia? et ille tanq̃ oſtendens eccleſiam dicit
Jn meridie ſicut illi uolunt:reſpondeant mihi quomõ
eccleſia quærat eccleſiam. Annuntia mihi quẽ dilexit a
nima mea quæ loquitur eccleſia:quid ſibi uoluit annũ
tiari ubi paſcis: ubi cubas i meridie.i.ubi ſit eccleſia lo
quitur et interrogat ubi ſit eccleſia:et reſpondet ille ut
putant in meridie:ſi in ſolo meridie eſt ut dicunt in A
phrica : Et quærit Quomodo ipſa interrogat ubi ipſa
ſit:an uero portio eccleſiæ tranſmarinæ bonæ iterrogat
de meridie ne ille erret et alloquitur unumquodq̃ mẽ
brorum eccleſiæ ſuæ chriſtus tanq̃ ſuam eccleſiam et
dicit niſi cognoueris te. O pulchra inter mulieres exi
exire hæreticorum eſt aut cognoſce te aut exi:aut ſi te
nõ cognoueris,extura quo Jn ueſtigiis gregum ſequẽ
do malos greges ne forte potes quia obeſſe quæris ſi
exis. Audi quid ſequitur. Exi tu in ueſtigiis gregus:et
paſce hædos tuos iam non oues. Noſtis fratres ubi
erunt hædi ad ſiniſtras erunt omẽs qui exierunt ab ec
cleſia manenti petro paſce oues meas exeuntibus hæ
retico paſce hædos tuos eſt inquiunt et aliud teſtimõi
um nihilominus contra te dic ut audiamus erit ſic cõ
tra te:quõ hoc quod putabis pro te? Si meridie inqui
unt interpretaris ægyptum:multis quidẽ modis inter
pretamur meridiẽ et ægyptum poſſumus ad locus mũ
di:et ipſas aphricam ſic intelligam:audiſti quid intelli
gam et meridiem intelligo feruorẽ ſpiritualium flagrã
tem igne charitatis ſplendente lumine ueritatis. Nas
dicitur in quodã pſalmo Dexteram tuã notã fac mihi
et eruditos Corde ſapientia ipſi ſunt meridie:unde di
citur a propheta et tenebræ tuæ ac ſi meridies erũt mul
tis modis poſſumus intelligere meridies ſed prorſus
aphricam intelligo accipio a te aliquid forte melius q̃
ſaperem niſi a te cõmemorarer Aphrica ſit meridies
timet eccleſia tranſmarina incedere: in rebaptiſatores
timet incedere tanq̃ ignorata in greges ſodalium quæ
ritur ab ſponſo ſuo ut ãnuntiet illi ubi paſcit ubi cubat
in meridie:in aliis paſcit:in aliis nõ paſcit: in aliis cu
bat in aliis nõ cubat:audiat cõſilium:ueniat ad catho
licam eccleſiam non incurrat in greges ſodalium: non
paſcit hædos ſuos. Sed dic aliud quod te dicebas eſſe
dicturum. propheta inquit ait Deus ab aphrico ueniet
et ab aphrica ueniet deus:alterum chriſtum in Aphri
ca naſci et ire per mundum hæretici ãnuntiant. Rogo
quid eſt ab aphrico deus ueniet:ſi diceretis deus in a
phrica remanſit:utiq̃ turpiter diceretis: nunc ãt etias
ab aphrica ueniet dicitis chriſtus:ubi natus chriſtus u
bi ſit paſſus.ubi in cælum aſcenderit: unde diſcipulos
miſerit:ubi eos ſancto ſpiritu repleuerit:ubi per totus
mundus Euangeliſare iuſſerit: et obtemperauerunt ei
adimpletur orbis terrarum euangelio:et tu dicis deus
ab aphrica ueniet:ergo tu mihi inquit expone quid d
us ab aphrico ueniet:dic totum:et fortaſſis intelliges
deus ab aphrico ueniet:et ſanctus de monte umbroſo
tu mihi expone ſi ias ab aphrico:quõ de mõte umbro
ſo de Numidia nata eſt pars Donati:ipſi miſſi ſunt pri
mo in diſſenſionẽ et tumultum Et ſcandalum quæren
tes igens uulnus Numidiæ miſerunt ſedens tigiſitãus
miſit. ubi ſit tigiſi notum eſt qui miſſi ſunt clerici extra
cõgregauerunt ab eccleſia ad clericos Carthaginis ac
cedere noluerunt uiſitatorem poſuerunt a lucella ſuſce
pti ſunt:auctor totius huius mali Numida hæreticus
fuit inumidia unde uentum eſt huc cum tanto malo ui
ſcarium uix inuenitur cum cupſonibus habitant Quõ
mõs umbroſus Numidia. dic mihi ergo noli huc uſq̃
recitare Deus ab aphrico Exigo ſententiã et ſanctus d
monte umbroſo. ſed oſtende mihi partẽ Donati a nu
midia de mõte umbroſo uenire inuenis nuda omnia.
pingues quidẽ campos ſed frumentarios nõ oliueti fer
tiles:non cæteris nemoribs amœnos. Und ergo mõs
umbroſus in numidiæ partibus unde hoc ſcandalũ tu
mihi inquit ergo expone quid eſt deus a libano ueniet
et ſanctus de monte umbroſo. Vide q̃ facile exponas
primo illud audi quod ait Dominus Oportebat chri
ſtum pati et reſurgere tertio die et p̃dicari in nomine e
ius pœnitentiam et remiſſionẽ peccatorum p omnes i
cipientibus cum dixi uide utiq̃ ſe in ſanctis ſuis ad a
lias gentes uenturum prædixit eſſe. lege uiſionẽ terræ
filiorum iſrahel in omnibus tribubus i libro ieſu naue
ibi aperte dictũ eſt Diebus ab aphrico ueniet q̃ eſt hie
ruſalem lege quære inuenies. Utinam cum inueneris
credas. utinã animoſitatẽ depõas Diebus ab aphrico
quæ eſt hieruſalem Et dominus incipientibus ab hie
ruſalem hoc eſt deus ab aphrico ueniet. Quomõ er
go a montẽ umbroſo euangelium iam lege de monte
oliueti chriſtus aſcendit in cælus. Sequere et quid lu
cidius. audiſti de monte umbroſo legem recitamus E
uangelium recitamus. Audiſti incipientibs ab hieruſa
lem. Audiſti per omnes gentes per eum prophetam.
ſequere uerba illa quæ cõtempſiſti deus ab aphrico ue
niet. Et ſanctus de mõte umbroſo. cooperiet montem
umbra eius. et gloria eius plena eſt terra. per omẽs er
go gentes incipientibus ab hieruſalem deus ab aphri
co ueniet et ſanctus de monte umbroſo et condẽſo.i.
a monte oliueti ubi aſcendit in cælum. Unde miſit diſ
cipulos ſuos ubi ẽt aſcenſurus ait. Non.n. ueſtrus eſt
ſcire tempora quæ poſuit in ſua poteſtate. Sed accipie
tis uirtutẽ ex alto et eritis mihi teſtes in hieruſalem et
in iudæam. et Samariam et uſq̃ in totam terrã ergo
deo ueniente chriſto et nomen eius et p̃dicatio euãge
lii eius ab hieruſalem ideſt ab aphrico et monte ũbro
ſo ideſt a monte oliueti p omnes gentes diffamatus ẽ
euangelium. Operuit montes umbra eius.i. refrigeri
um eius. protectio eius:et laude eius plena eſt terra.
Cantate ergo cum tota terra cãticum nouum non can
ticum uetus cum ãgelo terræ. Dicunt et aliud Cyrenæ
us inquit quidã Simon angariatus eſt ut tolleret cru
ces legimus ſed quid te adiuuet uolo ſcire. Cyrenæus
inquit apher eſt quare ipſe angariatus eſt qui crucẽ tol
leret ubi ſit Cyrene ne forte neſcis libya eſt Pentapo
li eſt cõtigua eſt aphricæ ad orientẽ magis pertinet uel
in diſtributiõe prouinciarus Jmperatorũ cognoſce: ip
ator orientalis mittit iudicẽ ad cyrenes breuiter reſpõ
debo ubi eſt pars donati nõ inuenitur cyrenem ubi ẽ
cyrene non inuenitur pars Donati manifeſta ueritas
cõuincit errorem. det mihi cyrenem ubi eſt pars dona
ti det mihi pars donati ubi eſt cyrene. manifeſtum eſt
enim fratres in Pentapoli eccleſiã eſſe catholicã ptẽ
ibi donati non eſſe ſed ſecuri irrideamus flendos et fle
amus ridendos. Quid dicis meritus cyrenenſis huius
magnum cõmemoras quia tulit Crucem domini et a
phrum dicis orientalis eſt. Libya.n. duobus mõis di
citur uel iſta quæ proprie aphrica eſt. uel illa oriẽtalis
pars quæ contigua eſt aphricæ. et omnino collimitãea

Sed Apher fuit cyrenenſis beatum putas q angaria
tus crucem tulerit quāto melius forte diceret quis in
arimathia remanſiſſe eccleſiam chriſti. quia ioſeph ille
diues ab Arimathia habens ante oculos regnum dei
non angariatus non coactus uenit ad crucē domini de
ligno depoſuit obſecutus eſt funeri i ſepulcro condi
dit. Laudatus eſt in euāgelio quia uero de arimathia
fuit iſte pius tantum exhibens obſequium corpori dñi
in arimathia remanſit eccleſia. Aut ſi magis uos delec
tat angariatus ideſt qui cogitur tollere crucem. Recte
ergo faciunt imperatores catholici qui uos cogunt ad
unitatem.

Incipit quītus tractatus tertiæ partis principalis đ ſta
tu et continentia uirginali: Et primo de uirginibus do
dicatis.

Ad uirgines deo dicatas hortatoria qua illas per exē
pla ſanctorum ad religioſam conuerſationem et obſer
uantiam uirginitatis inuitat.

SOLAE icci rco filiæ et dominæ meæ
Dominæ ideo diximus: quia ſponſæ
domini mei ieſu chriſti i monaſterio
manentes nihil ſentiant niſi pius ie
ſum chriſtum hinc Paradiſum ſolæ
poſſideant: ubi dulci et iocunda quie
te ineffabilē trinitates intueantur: in ſacris litteris cho
ris interſint angelicis dulcibus eorus melodiis miſceā
tur diuina in eccleſia cōtinebo myſteria. Informet mē
tem ſanctorum patriarcharum ac patrum antiquorus
obedientia: Prophetarum oracula dulci meditatione
cor accendant ad promiſſa felicia: apoſtolica documē
ta fidei cuncta detegant ſacramenta: euangeliorum co
dex ſemper ut ſpeculum teneatur in manibus: marty
res ſancti cuncta ſæculi huius aduerſa: Et tempeſtates
huius maris procelloſi: cūs omnibus diabolicis uerſu
tiis et infeſtationibus dæmonum doceāt cōculcari. Cō
feſſorum ꝓcioſa deuotio ad diuinorum cōtemplationē
aſſiduam affectus aſtringat. Regularē uitam inſtruat
ſanctorum monachorum mira cōuerſatio: frangere ō
nem ſexus mollitiē et uirginitatis ſeruare propoſitum
ꝓcioſiſſima uirgo uirginum cum cæteris uirginibus ſa
cris edoceat ſemper. O felix ſocietas: O felices uos:
ſi talis ac tanti muneris non ſitis ingratæ feliciſſimæ ni
mirus ſi dignitatem ueſtram ipſæ cognoſcitis quæ om
nium regi et domino reginæ ſpecioſæ matrimonio co
pulatæ ipſum dūmodo uelitis habere meremini: quē
angelici ſpiritus uidere cōcupiſcunt. In quo omia con
ſiſtunt. in quo ſolo cuncta permanēt. p quē omia fiunt
cui uniuerſa famulantur. cuius pulchritudinē ſol et lu
na mirantur. cuius tactu odoreqꝫ mortui reuiuiſcunt.
O excellentia dignitatis. O ineffabilis gloria. in fragi
li ſiquidē corpore deum et ſponſum talē intueri poteſ
tis. Hic quæſo mēs ueſtra uigeat. hoc dies diei eructet
uerbum: et ſcientiam nox indicet nocti. Angelicis cho
ris ſanctorum ſocietatibus hic ſtudeatis intereſſe ut ꝑt
modum in corporis exitu uobis gaudētes et læti tāq̄
noti occurrant. ſi ſic feceritis nihil uobis dulcius: nihil
iocundius: q̄ꝑ his intereſſe cōuiuiis: his pabulis ſaciari
quibus ſemel deguſtatis terrena omia amara cernun
tur. Vera tunc clauſura cœnobii cuius tedet mētes ua
gabūdas et deuias nobis pro ſumma reputabitur glo
ria: et reputabitis exire monaſterii limites eſſe neceſſe
potius mori. Experto itaqꝫ ſeni cōſulenti credite Filiæ
ſi ſemel guſtatis q̄ꝑ dulcis eſt dominus: ad quē accedē
tes lapidem uiuum ab hominibus quidē reprobatum
a deo āt electum poteritis ab eo illud audire. Venite
et oſtendam uobis omē bonum: et tunc oſtendet talia
qualia nō niſi aſſuetæ mētes norunt Scio quid loquor
cariſſimi mei. Nam ut inſipientiā loquar ego homun
culus ſic abiectus: ſic uilis in domo domini adhuc ui
uens in corpore āgelorum ſæpe choris interfui de cor
poris per hebdomadas ſuſtentationibꝫ et nutrimētis
nihil ſentiens diuinæ uiſionis intuitu ꝑt multorum di
erum ſpatia præſcius futurorum corpori redditus fie
bam: quid ibi manens felicitatis habebā: quid in enar
rabilis delectatiōis ſentiebā: teſtis eſt ipſa trinitas quā
cernebam neſcio quo intuitu. Teſtes ſunt et ipſi beati
ſpiritus qui aderant. Teſtis et cōſcientia mea qui tātis
bonis fruebar quæ quot et qualia ſunt neſcit proferre
mollities corporis mei

Prologus in regula uiuendi ſanctimonialium: quā be
atus Hieronymus ad Euſtochium et cæteras uirgies
las ſenex inſcripſit et diſtinxit capitulis feliciter incipit.

TEPESCENS i mēbris procliuus
corpus ad terrā ex qua exiit: iamqꝫ
rugoſa fronte ſenem et naturæ pene
portentum ueſter ꝓdilectarum i dōi
no filiarum et dominarus chriſti uir
gines ſacratiſſimæ Euſtochium et re
liquæ ad agni nouas nuptias ſub obediētiæ pudicitiæ
paupertatis et religiōis in domo domini adunatæ pro
poſito nimium ſolicitat piæ deuotionis affectus Et ca
ritas et tremulenta ←Manus ſuæ parumper uetuſtatis
oblita deo uiuēdi nō mundo ſpiritui nō carni: et quod
arduum eſt nō ſibiipſi normā et regulā ex chriſti et A
poſtolorum uita collectā ex ſanctorum et patrum ana
choritarum quos per ſeptem annos heremorum ātra
circuiens nō ſine admiratione et informatiōe repperi
obſeruationis et imitationis digno cōmendendā præ
conio in præſenti libello edoceat officio calami patas
mentes ad bonum ueluti lingua iādudum ſolebat uo
ce non mortua: O felix affectio: O deſiderium in dño
cōmendādum: ut quæ deficiente ꝑ ſenium et cōmunē
ætatis finem lingua doctoris de caſu timentis qui prō
ptus eſt ꝓſumptuoſe et non timide ambulātibus i uia
in qua tot latent aduerſa: quot momenta temporum.
Expoſcitis ut depicta ſibi pericula et fomenta remedii
accipiens procliuus ſemper ad malum a primordio iu
uentutis rationalis et animalis animus cernens gradi
atur per tuta. O prudens cōſilius: ut pro uoce ſcriptu
ram: et pro faciliter trāſeunti diu manſurā cōmutet. o
iuſta et ſancta exhortatio et perdigna exauditionis be
neficio ſed prædilectæ filiæ et iuſtum et ſanctum eſt qđ
petitis a patre: patris tamē negat ætas prohibet inſuffi
cientia: licet ingerat caritas: ſtupent oculi palpitantes i
tenebris: horret naturæ phreneſi incōſtans manus per
agere iuuēiliа. Portatur tamē ſemper charitatis ardor
ne parcatur labori: unde tātus colligitur fructus: ques
non putarem i uobis: quæ ſcripturæ de domini uolun
tate melius eſtis edoctæ ut blandimēti aliquid fatear li
cet ueritatis niſi ad alias ſuccedentes ꝑ tempora ifor
mandum traheretur tantus hic labor. Vincat ergo hoc
duellus charitas quæ ipſum iuincibilem uicit ut imor
talis moreretur pro nobis. Verus fruſtra ſperatur hæc
uictoria in tanta impoſſibilitate naturæ niſi deuotæ oio
nes filiarum adſint· quibus deus paruit in tantum ab
ātiquo ut ēt eum pœniteret eorum quæ primitus miā
do ſpoponderat: quāuis pœnitere non poſſit.

Incipiunt capitula in regulā ſiue normam uiuendi ſā
ctimōialium quā beatus Hieronymus ad Euſtochiū

et exteras uirgines iam ſenex iſcripſit prout prologus
indicat feliciter.

DE Caritate et unitate ſeruanda.
De non habendo proprium.
De eligendo ſorores ad accipiendū
et āminiſtrandum bona monaſterii.
De cōmūitate et humilitate ſeruāda
De ſimonia Euitanda in accipiendo
ſorores.
De obedientia exhibenda prelatis.
De regimine Abbatiſſæ.
De reuerentia et ſubiectione erga abbatiſſam.
De contritione facienda et generali accuſatione ſui in
feria ſexta.
De mirifica uita ſanctorum patrum
De uanitate ſcientiæ mundialis.
De promptitudine implendi mandata impoſita.
De ſororum operibus in cœnobio faciendis.
De officio poteſtate et regimine abbatiſſæ.
De periculo et præminentia dignitatis.
De ordine in operibus abbatiſſæ.
De iuriſdictione epiſcopi in ſorores
De ordine ſeruando inter epiſcopum et p̄poſitum preſ
byterum et ſorores.
De præpoſito pbro poſt ep̄m p̲ epiſcopum eundē ſoro
ribus adhibendo.
De ordine ſeruando per ſorores erga mares et ſpeci
aliter in loquendo.
De ficticiis et nociuis ſermonibꝫ uitandis.
De ſilentiis diebꝫ ac noctibus debitis obſeruandis.
De refrenatione linguæ in loquendo.
De conſortio marium fugiendo.
De obſequiis ſeruitricum quærentium uictus et neceſ
ſaria ſororibus
De dulcedine cōtemplationis erga diuina.
De clauſura domus.
De p̄cioſarum ueſtium deteſtatione.
De periculo ambitionis ueſtium.
De conſideratione extremi iudicii.
De abiectione exquirenda in ueſtibus.
De auſteritate exquirenda in ſtatu.
De matutinis et modo dicendi diuinum officium.
De ordine horarum primæ tertiæ ſextæ nonæ.
De cibis et ordine comedendi.
De ſobrietate et ieiunio.
De lectionibus legendis ad menſā.
De operationibus ſororum p̄t prandium.
De horis ueſpertinis et completorio.
De caritate ſeruanda erga infirmas ſorores.
De auctoritate Epiſcopi et p̄poſiti circa obſeruatiōes
huius regulæ ſeu ordinis.

Finis capitulorum.

Sequitur de Caritate et unitate ſeruanda.

QVIS autem i monaſterio conſtitu
tis ſororibus primus ſit arripiendus
modus deo uiuendi et regula ipe ſo
lus chriſtus huius propoſiti iceptor
et doctor i unius reſponſiōe inſtruit
uniuerſos. Si uis inquit idem magi
ſter hæc petenti ad uitam intrare ſerua mādata. quod
ſi forte quæratur quæ ſint illico ſic percunctanti expoſu
it Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et
mente et uiribus tuis et pluſq̄ teipſum: et proximum
tuum ſicut teipſum. In his duobꝫ p̄ceptis pendet quic
quid eſt legis: quicquid ēt prophetæ et ſancti uiri per
ſecuti ſunt. Et attendite ſollicite q̄ſo cariſſimæ: quæ igre
di non ſolum totis affectibꝫ ad uitā quæ uere uita eſt
Nam uiuentibus mundo uita nō eſt ſed mors. ſed iā
dei auxilio eſtis iter ingreſſæ: quo ſine præceptis Cari
tatis nō ingreditur quiſq̄ ad deo uiuendum. Propter
hoc. n. apoſtolus paulus non gloriatur in linguis āge
lorum et hominum nō in cognitione myſteriorum di
non in ſpiritu prophetiæ: non in aſperitatibus carnis
non ēt in elymoſinarum operibus: Quāq̄ ad omnia
pietas ualeat dummodo caritas non deſit. Hæc itaqꝫ
ſolum reddit hominē deo uiuentē: hæc religioſos hæc
monachos facit. Sine hac monaſteria ſunt tartara: ha
bitatores ſunt dæmones. Cum hac uero ſunt Paradi
ſus i terris et in eis degentes ſunt angeli. Ideoqꝫ meæ
dilectæ filiæ licet lōga macerēt ieiunia: abiecta et nigra
ueſtis deformet: longa officiorum et operum texatur
ſeries ſi intus deſit caritas ad infimum nondum religi
onis gradum peruentum ē. Propterea cariſſimæ hic i
cipiendum eſt iter apoſtolicæ perfectionis apicem: ſed
uere relatiua eſt caritas et ad unum nō poteſt proprie
dilectio fraterna dici. Iccirco neceſſe eſt q̄ plures ſint
qui ſe mutuo ex caritate diligant: ut dicatur iuxta Pro
phetam bonum et iocundum habitare fratres in unū
Quod ſatis approbat ſapientia dicēs. Frater qui ſimul
iuuatur a fratre: quaſi ciuitas firma: et iterum ſi fuerit
duo ſimul fouebunt ſe mutuo: ſed ſi unus graditur et
cadat ue ſoli quoniam ſubleuantē non habet. Propte
rea ſolitariorum uita quā ſatis expertus ſum periculo
ſiſſima eſt: et ardua et ſi bona q̄ pluries et deo uicina
nō tamē æque ſecura ut ſimul habitantium in uinculo
dilectionis et caritatis affectu. Quod ſibi inuicem per
tentamenta deficientibus auxiliantur: ſibi iuicē amini
ſtrant pietatis et caritatis obſequia: ſed ſi certe Fratres
aut ſorores ſimul in unum nō habitent: iam nō bonū
ſed malum eſt: Omne ēt ſecundum philoſophos in tā
tum habet bonitatis inquātum unitatis attinens eſt na
turæ ſuæ quod ſi ſingulus unum in tota mundi machi
na per ſe creatum eſt bonum: nō tamē eſt optimum ni
ſi cæteris nexum: propterea in exordio mundi. Vidit
deus q̄ cuncta quæ fecerat erant ualde bona. Iccirco
cariſſimæ in apoſtolica uita uobis de ſeculo adunatis
per corpora ſit cor unum: anima una in domino uelut
de apoſtolis et apoſtolicis uiris in actibus apoſtolorū
legitur. Multitudinis. n. credentium erat cor unus: et
anima una in domino. Nulla uita pro certo deterior ē
q̄ ſimul degere corpore et nō mente. Et uere ifelices
ſunt quibus non ineſt una ſed diuerſa uoluntas. Sit
itaqꝫ uobis ſemper: unus affectus: una uoluntas: una
fraternitas: una proportio morū: una iocunditas: ūa
triſtitia: ne alteri qd̄ placet: diſpliceat alteri: Quo gaudet
altera triſtetur et altera: Et ſic habere poteritis religio
nis propoſitum: ſi unanimes in domo dei habitetis.
Hæc uera uita dei nō diaboli: uere monaſterium: non
infernus: uere uita religioſa non diabolica.

De non habendo aliquid proprium

ANTE mentis ueſtræ oculos ſemper
illud euangelicum appareat ſtolidiſ
ſimi uiri illius exemplum qui ædifici
um ſuum qd̄ ſummo opere fecerat:
ingruentibus Fluminibus flantibus
uētis et imbribus inundantibus plu
uiarum totum amiſit in caſura: quoniam ædificatum e
rat in ſabulo. Nec mirum cariſſimæ firmum quid aut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtabile i mobili diu manere nō poteſt. Edificat fatuus
ille in ſabulo: qui i uita apoſtolica et religionis propo
ſito appetit temporales diuitias. Hic attendite filiæ di
ligenter: hic periculum omē ē: hic interitus: hic mors æ
terna. Qui iam renuntiauerunt omibus quæ poſſidēt.
Qui relictis omibus q̄ habebant in ſeculo ad chriſtum
imitandum pauperculum: qui ubi caput reclinet nō ha
bet: concurrentes ex uoto ſub iuramenti pollicitatione
promiſerunt. Nihil tēporale: nihil terrenum: p̄ter chriſ
tum ſolum non ſolus poſſidere ſed nec ēt appetei quæ
iam diuiſerunt tenere uel q̄rere debent: hinc chriſtus a
poſtolis Non portare ſaculum neqȝ peram: neqȝ æs i
zonis mandat: ut ex hoc intelligant eorū uitæ ſectato
reſqȝ nihil proprius licet hēre in monaſterio certe nō
tunicam: niſi quæ ex neceſſitate tenebant: Nulli ſigulo
rum licebat aliquid ex his cōtingere tanq̄ ſuum: Sed
peſſimus ille proditor atqȝ latro ferens loculos omīa
portabat in eis ueluti totius cōgregationis cōmunia et
miniſter communis ſingulorum neceſſitatibus proui
debat. Ex hoc edocti Apoſtoli et Fideles poſt
chriſti aſcenſionem nihil omnino ſuum eſſe dicebant.
ſed erant illis omino cōmunia et ſingulis diuidebatur
prout unicuiqȝ opus erat. Sicut et uos cariſſimæ filiæ
et ſi liceat aliquid habere tēporale ad uictus et tegumē
tum quæ duo plene ſufficiunt chriſtiano nihil horum
alicuius ſit ueſtrum: Sed cōmune quodcunqȝ et mini
mis quibuſcunqȝ puellis diſtribuatur ut decet.

### De eligendo ſorores ad recipiendum et adminiſtran dum bona monaſterii.

ITAQUE obteſtor uos omnes et ſi
gulas coram deo et chriſto ieſu qui
iudicaturus eſt omnes ut aurū et ar
gentum atqȝ cito tranſiens pecunia
nulla cor ueſtrū ratione ſeducat ut
nitatur aliqua ueſtrū cum Anania et ſaphira mentiri
ſpiritui ſancto: quē nihil latet retinēdo apud ſe aliquid
quantumcunqȝ minimum tēporale ultra quæ ex neceſ
ſitate portantur: nec tamē niſi de licentia abbatiſſæ. ſē
per eorum mortis iudicium terribile uos terreat. Nas
legitur q̄ ex eorū morte timor factus eſt magnus in
uniuerſa eccleſia: et omnes qui audierunt timuerunt:
Nudus Jeſus nudas quærit amicas et ſponſas: q̄ ſi
ipſū ſequi tēporale aliquid appetēs ſeu deſiderās for
te uolueris onerata grauedine nudum ſequi nō pote
ris. Hinc beati dicuntur pauperes ſpiritu ut ex hoc ſci
atur quod nō ſufficit cuncta bona tēporalia in mundo
relinquendo ad monaſterii paupertatē accedeī: ſi mēs
miſera appetit quæ reliquit. Magis.n. cōtemplantur
oculi domini affectum q̄ ſenſum. Melius.n. cum cæ
teris diuitibus in ſeculo diuitiis inſiſtere q̄ in monaſ
terio pauperes ipſas appetere. Propterea oro hortor
et moneo uos cariſſimæ ut hæc perpetua i ueſtro mo
naſterio obſeruatio maneat q̄ nulla ſi licet omnino tā
gere aut aliqualiter retinere audeat p horam cenſus āt
obolum aut aliquid aliud quātumcunqȝ minimum q̄
quā a matre āt ſorore mittatur. Eligantur āt iuxta apo
ſtolorum ritum cōmuni uoto Abbatiſſæ et cæterarum
ſingulis annis aut ſi decens uideatur et utile cōſtimē
tur duæ aut plures ex ſororibus boni teſtimonii plēæ
ſpiritu ſancto et ſapientia quibus iniungatur hoc opus
ut quoſcunqȝ prouentus tam domus q̄ ſororum ſin
gularum recipiant: et ex eis ſororibus neceſſaria fidili
ter adminiſtrēt. Caueat quoqȝ ne aut ex paucitate mur
mur aut ex abundantia tumor in ſororibus habeat lo
cum: ſed iuxta apoſtolorum uitam: plus cuiqȝ aut mi
nus tribuatur: iuxta qd̄ exigit neceſſitas aut uoluntas.
Ut iam non altera ſit egens altera abundās: ſed una
quæqȝ ex prouiſione decente moueatur ad laudem.
Prouideant inſuper ſic quibus hic pietatis iniunctus
eſt labor ut ſingulis mēſibus aut hebdomadis ſiue die
bus paratæ ſint tam de his quæ proueniunt q̄ de his
quæ expendunt in capitulo coram Abbatiſſa et cōuen
tu ſororum ſingulatim reddere rationem. Quod fiat
ſaltem ſemel in menſe: ne et ipſe apud ſorores furti ſit
ſuſpectæ et eis ex negligentia male exequēdi detur ma
teria

### De cōmunitate et humilitate ſeruandā.

SIC dei ſponſæ ſponſum Jeſum aſtringi
te mentibus mundis a cogitatione terre
norū quoniā ſecum in habitatione nihil
patitur eſſe terrenum. Sic ſic apoſtolicæ
fœminæ proiicite peras ſacculos: ut neqȝ marſupia ex
latere pendeant: neqȝ opus ſit clauibus: ut iam ex ipſis
monſtretur exteriorum indiciis q̄ nihil habetur intrin
ſecum p̄ter ieſum: q̄ nihil ſit clauſum qd̄ eſt deditum u
ſibus hominum. Veſtimenta duplicia ſunt ex euangeli
o prohibita uobis ut diſcatis ea ſolum habere q̄ natu
ræ tantū ſubueniant: nō quæ nutriant tineas. Si qua
uero ſuperſunt uno clauduntur in loco: ut ex his quæ
cunqȝ ſoror indui poſſit. Nulla unq̄ in ueſtibus præci
oſitas: nulla melioritas alteram dominā alterā ancillā
oſtendat: ſed i omnibus æqualitas exiſtat: quæ uni ſpō
ſo nuptæ cōmuni uoto profeſſæ ſunt. Non quærat ob
ſecro filia regis filiā militis p̄eminere pompis terrenis
in chriſti et apoſtolorum conſortio. Nō.n. petro uili pi
ſcatori Bartholomæus nobilis anteponitur a chriſto
Jmmo piſcatori totius mundi monarchiæ traditur pri
cipatus dignitatibus carnis ſpiritualis uita non eget.
Et carnis auras chriſtus in ſuo quærit cōſugio. Jn ſecu
lo nubant paribus filiæ regum filiæ militum p̄eminen
tias quærant et honores. Jn monaſterio uero oblitæ
populi ſui et domus ſuæ in domino ſolum gloriā quæ
rant et exultent: q̄ de maiori p̄cipitio mortis ſunt ad
uitam apoſtolicam ſumptæ propter qd̄ admoneo uos
filiæ ut q̄cunque uobis officia domus a matre monaſ
terii impoſita libenti animo expleatis. Hilarem.n. da
torem diligit deus nec uerecundētur i uilibus nobiles
nec illa recuſent: ſed audiāt ſapientē. Quāto maior es:
humilia te in omnibus. Audiant et chriſtum quid de
huiuſmodi pompis in ultima cœna humana mēte diſ
putantibus diffinivit Reges gentiū dominātur eorū
et qui poteſtatē habent ſuper eos benefici uocantur.
Uos āt non ſic: ſed qui maior fit in uobis fiat ſicut mi
nor: et qui p̄ceſſor eſt ſicut miniſtrator. Uerum ne doc
trina doctoris ex contraria operatione uileſcat: ſtatim
ſubinfert ex ſimilitudine quadā cum interrogatione cō
cludens: Nam quis maior eſt qui recumbit an qui mi
niſtrat? nonne qui recumbit? Ego āt in medio ueſtrum
ſum ſicut qui miniſtrat. Erubeſcat ſiquidē ſtercus uiliſſi
mum et uapor ad modicum parens humana mens ſe
extollere et domus officia ambiens a cæteris ſororibꝰ
ſibi uelle ſeruiri. Nā chriſtus cuius generationē quis
enarrare non poteſt non uenit miniſtrari ſȝ miniſtrare in
ultia cœna diſcipulorū abluēs pedes hoc ſuis reliquit
humilitatis exemplum.

### De ſimonia uitanda in recipiendo ſorores.

DETESTABILE MO heræſis ſimoniæ
quā cōmuni prauitate diaboli moniales
aſſuetæ committunt ēt in auditu horreat

ueſtra ſocietas. Giezi pœna et ſimõis uos terreat pra
uitas ut Petri chriſti uicarii ad ſimones nunq̄ de ueſ
tris exeat auribus uox illa pecunia tua tecum ſit in ꝑ
ditionem. Exiſtimas. n. donum dei haberi pecunia do
num dei eſt ſpiritus ſanctus: cõmunis mercator habet
uſus ut uenditio cõmutetur in melius. Aſſerit quippe
ſimõiacus pecuniã ꝓſtãtiorem eſſe dono dei: cum ides
in ipſã cõmutat. Ad uos uenientes ſorores ſanctas ad
chriſti ſuſcipite nuptias gratis ꝓponatur ſanctitas pecu
niæ exquiratur bonitas uitæ: non generoſitas carnis:
non utilitas mundi: nulla omino pactio: nulla opinio:
quæ mentis puritatẽ ꝑturbet ꝓueniat. Beatum ſapien
tia clamat qui excutit manum ab omni munere: et qui
poſt aurum nõ abiit: nec ſperat in pecunia quæ ſubuer
tit iudicium. Si qua ſororum inopiam ex ſua abundã
tia ſupplere uoluerit ſeu deſiderat iuxta Apoſtolicum
ritum omia quæ habet in ſeculo ante ſororum pedes
ponat: et cunctis quæ habebat in ſeculo renuntians in
tratura fiat una ex minimis: et ſublato domis cum ef
fectu omnia quæ portantur electis miniſtratricibus do
mus ꝓbeantur ut ex his tribuant quod cuiqʒ opus eſt
Nec murmuret quides quæ ſua monaſterio tradidit ſi
ſibi non maiori ſumptu adminiſtratur q̄ꝫ cæteris quæ
ex paupertate uenerunt: Nec extollitur et ceruice erec
ta more fœmineo improperet cæteris ſe tantum ex ſu
is facultanbs attuliſſe. Plus. n. attulit ſoror paupercu
la ſi ingrediens affectum habendi dimiſit: q̄ꝫ quæ mul
tum afferens domo ſuperbiam tulit. Glorietur ãt po
tius quoniam diuitiæ quæ ſolitæ ſunt poſſeſſores ꝓci
pitare in mortem non ꝓualuerunt aduerſus eam: et q̄
cõmuni uſu ſunt malæ ex ſubuentione ſororum ſibi fa
ctæ ſunt bonæ. Alioqui melius fuiſſet ſibi cum parua
pœna cum ſuis diuitiis in mundo ꝑmanens cum ſuis
damnari q̄ꝫ ipſam relinquendo ĩ monaſterio exorta ſu
perbia ad infernum cum maiori pœna deduci. Humili
entur ẽt pauperes quæ ex paupertate nihil ſubuentiõi
domus potuerunt cõtribuere ſicut et ille: et gratias hu
militate deo retribuant q̄ꝫ quæ prius in mundo uiue
re non poterant: ex alienis laboribus habent quæ ſibi
ſufficiunt ſicut et diuites. Mirum quidẽ de infelici cõ
ditiõe plurium hominum. Sunt. n. nõnulli uiles et ab
iecti ĩ ſeculo qui quotidianis laboribs ſe ultra uires af
fligentes pro uictu captãdo uiliſſimo et uix raris fabis
et rapis cum rudi et ordeaceo pane ſaturantur. Cum
uero ad chriſti menſas accedunt et militiam chriſti ſuſ
cipiant ſuæ egeſtatis obliti lautiora quærunt q̄ꝫ milites
qui ſunt aſſueti magnificis. Hæc igitur omia in chriſti
apoſtolica uita locum non habeant. Omnes ex miniſ
terio ſint contẽtæ: nec murmuratione pereant ſi abun
dãter ſibi tribuant adminiſtrantes. Recipiens ſiquidẽ
naturæ neceſſaria neceſſitatum limites non excedat. Si
uero modicum diſcat cum apoſtolo ſeruire domino in
fame et ſiti in egeſtate nuditatis et frigoris ita ut acce
pta cruce gradiatur ꝑt chriſtum abnegans ſemetipſum

De obedientia exhibenda prælatis.

VOLO autem uos mortuas Seculo
uitiis et concupiſcentiis carnem cru
cifigere cum chriſto. Et quæ iã cœpe
runt ſe proprio uoto caſtrare ſub per
petuæ uirginitatis propoſito et caſti
tatis in monaſterio ueluti in duritia
lapidis fore cum chriſto ſepultas atqʒ iuxta decretum
ſummi poſt chriſtum põtificis petri qui ligendi ſoluen
diqʒ tenet principatum a domino reſuſcitandarum in
gloria cum chriſto ſic deuotione firmetur propoſitum
ut fides et ſpes ſit tota in deo. Caſtigent animas ĩ obe
dientia caritatis et fraternitatis amore ſimplici ex cor
de iuicem ſe diligẽtes attentius. Nihil ut puto ſtultius
nihilqʒ intolerabilius q̄ꝫ peregrinos et aduenas ꝓcipe
re ciuibus: et in loco non ſolito ſe oſtendere directorẽ
itineris: et de ſemitiſ et de ſecuritate itineris: de breuita
te tramitis iuxta uoluntatis libitum uelle docere. Mõ
ſtraretur quippe portentum nauigatoribs et pro certo
nunq̄ ueniretur ad portum ſi cuius uoluntati parere
tur deeſſet nauigii quicunqʒ remigator ordiaret ad uo
tum: non ciuitas: non regnus: nõ minima domuncula
diu maneret in rure: ſi cuius uoluntati pareretur deeſ
ſet. Propter quod ipſe papa petrus qui religiõis apoſ
tolicæ uitam uolebat inſtruere ſicut a magis didicerat
ut magis intelligatur qualiter anima caſtigetur in obe
dientia Caritatis et fraternitatis amore exponit aperti
us. Omnes inquit honorificate: fraternitatem diligite
deum timete: regem honorificate. Et ne excuſatiõis ar
ripiatur ſcutũ ſub particulari nomine pennitatis digni
tatis generaliter infert omnibus. Serui ſuaditi inquit
eſtote in omni timore dominis et ne ꝓlati inmedium
producatur prauitas quæ plerumqʒ ſubditis ꝓſtat cãs
magni caſus non tantum inquit bonis et modeſtis ſʒ
etiam diſcoliſ. Uerum ne forte uideatur graue hũmãæ
uoluntati ſe abnegare et crucẽ tollere obediẽtiæ propo
nit meritus quo omnis labor dulceſcat ẽt grauis. hæc
inquit eſt gratia: o felix et abundans gratia in obedien
tia ſumma uirtutum cauſa eſt. Nam ſimplici greſſu du
cit hominẽ ad chriſtum et nõ ſolum mẽs excuſatur ad
reddendam deo rationes de ſubditis: ſed ẽt obligatur
reddere de ſeipſa. O ſumma libertas qua obtenta uix
poſſit homo peccare.

De regimine abbatiſſæ.

ATTENDE diligenter mea domina
cariſſima Euſtochũ quã tibi grauis
imponitur ſarcina humeris tuiſque
de ſubditarũ ãimabus de corporibs
et uerbis de moribus obligaris apd̄
diuinum examen reddere rationem.
Caue quæſo ne de te etiam leuis ſuſpitio in malo poſ
ſit oriri: ne diſpergas quas conaris educere. Sic ordi
nata ſic rationi conformia mãdata ſororibus proferas
ut etiam de prauatæ ſuperbæque mentes animẽtur ad
obediẽtiæ ſẽit as Sic dulcis ſic mitis ſit ſermo ut duri
ciei furorẽ non ſuſcitet ſed frangat exortũ. Sic ergo in
obedientes uirilis et conſtans ſit animus ut ois mulie
bris molities diſcedat a medio. Excidantur ĩ ortus pri
mordio uepres ne nimiam creſcentes germina ſẽinus
ſuffocẽt. Nichil quippe in rectore periculoſius eſt quã
uana humilitas ad correctonem erga ſuperbos proter
uoſqʒ ſubditos Singularum ſororum uoluntates ĩ re
difficili pertractanda ſemper auide audias: nec tamen
cuiuſcunqʒ uoluntati innitaris. Uerum tamẽ ſi quicq̄
utile prodatur nõ attẽdatur perſona quæ protulit. Ele
git enim deus infirma mundi ut fortia queqʒ confun
dat. Tuam uero in rebus gerendis cõmunibs nõ tantũ
uoluntatem exquiras et teneas niſi maior pars diſcre
tarum filiarum uoto cõmuni collaudet. Superbarum
inſenſatarumqʒ mentius eſt ſuo uti conſilio: non audi
atur cuiuſcunqʒ uoluntas ſub uerborum murmure et
loco abſcondito: ſed palam cunctis ꝓſentibus cum om
ni caritate liceat dicẽ et audire: ſi cõceptui proprio ma
ior pars dicere et audire diſſidet: non uelis ſola oibus
cõntrarie. In exercendis furor odium inuidia ſeu deri
ſio ſic penitus diſcedant ut non niſi pax caritas amor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et alterutrum ſupportatio cognoſcatur quatenus fien
dorum ſolus ſpiritus ſãctus actor meliora inſpiret. nõ
ſit inter uos quas caritas ſimul unit fœminalis quædã
abuſio ut undiq3 cachinnis et uocibus aera ſonet: Et
audientium aures præ ſtrepitu terantur: ſed cum om
ni modeſtia ſtantes: una loquẽte cæteræ ſileãt: nec alte
ra alteram exaudiente loquendi interrumpat et p̃beat
impedimenta dicendi.

De reuerentia et ſubiectione erga abbatiſſam habẽda

PROPTER quod hortor et admo
neo: et exoro uos cariſſiæ et dilectiſſi
mæ filiæ quæ iam mortuæ et ſepultæ
eſtis in chriſto quæ iam carne contẽ
pta cũ eius gloria cognito q̃d õis ca
ro fœnus et eius gloria flos fœni ad
nouitatem uitæ ſpiritus eſtis renatæ nõ ex corruptibili
ſemine ſed incorruptibili per uerbum dei uiuenti et
p̃manẽtis i æternũ tanq̃ p̃egrinæ et aduenæ abſtineatis
uos ab õnibus diſideriis carnalibus quæ militãt aduer
ſus animã ſubiicientes uos in õnia obedientia et timo
re et reuerentia p̃poſitæ matri ueſtræ ut iam õnino nil
uelle aliud uel nolle alicui licet niſi quæ abbatiſſa do
mus mãdauerit faciendũ: nihil graue nil intolerabile
uideatur: ſi iuſſus propriæ non concordet uoluntati.
Vere obediens et qui pro chriſto caret omni arbitrio
nihil nouit difficile nihil iniuſtum. Mementote cariſ
ſime quoniam chriſto in ueſtro religiõis ingreſſu dimi
ſiſtis omnẽ uolendi uel nolendi licentiã: niſi quæ eius
uices gerentes ordinarent de uobis. Obeditis .n. chri
ſto firmiſſime cu3 præpoſitæ uobis parei ſtudetis: Tũc
enim ſponſo chriſto cui deſponſatæ fidẽ totam uouiſtis
præter quem nullum unq̃ amatorem admittere in de
ſponſatione iuraſtis: Magis gratæ magis placentes
eſtis: cuiuſq3 meremini duci ad thalamum ut cum om
ni iocunditate dulcibus amplexibus aſtringamini: cu3
eius ſtudueritis in uicaria parere mãdatis. Vicarii eni
honor redundat in deum. Sic iubet lex coniugii ut
ſpõſa ſub lege ſit ſponſi æmulamini ſemper inter uos
hac dei æmulatione ut certamen adinuicem altera co
netur alteram excedere in obedientia. Non igitur eſt
monaſterium: nõ religioſi: non monachi ubi ſubditis
deeſt obedientia erga prælatum: Deſtructioni eſt cor
pus expoſitum cum membra diſcordant a capite

De contritione facienda et generali accuſatione ſui in
feria ſexta

Contumax præſumptuoſa ac ſuperba mu
lier in ſancto ueſtro conſortio quæ dedig
natur eſſe ſubiecta ac ſuis litibus et iurgi
is ſcandalum præbet quieti ſororũ: et eis
obedientiæ monſtrat contemptus arduis
crebriſq3 ieiuniis caſtigetur cu3 reſiſtit mandatis impo
ſitis. Si ieiunia non caſtigãt ſuperbã: edometur uerbe
ribus et cõtumeliis: et grauibs diſciplinis ut iam diſcat
cum Petro q̃ niſi prælato immo chriſto in eo obediat
partem cum chriſto in regno chriſti et dei nõ habebit:
quãq̃ extranea ipoſita uideantur nec cõſona rationi.
Sed ſi nec ſic indomita ſuperbia ſtuduerit obedire cũ
apoſtatis angelis expellatur: Quæ partem non habe
bit in regno. O infelix ſuperbia uitæ ut pro implendis
uoluptatibus carnis renuntiat hæreditati cæli quã fue
rat aſſecuta per chriſtum. Mundum deo uiuit: mundus
religionis ſemitã chriſtiq3 nuptias attigit: quæ nõ effi
citur ita ſimplex et pura ut quicquid ſibi mãdatum fue
rit p̃ p̃poſitas matrẽ ãgelico putet ore trãſmiſſus tunc

ũaq3 ſe aliis beatiorẽ æſtiet cũ laboribs p̃põitur reli
gũis nõ pudat ſigulis hebdõadibs ſexta feria quo die
ſaluator obprobria: et mortẽ pro hoie ab hoie ptulit
Vnamquãq3 ſororum ſuam uitã corã omni cœtu ſo
rorum diſcutere: et de cõmiſſis cõtra p̃cepta et regulã
ſe proprio ore criminari ac diſciplinã ſubire: quatenus
ſtimulata mẽs cogitatiõis ſtimulo accuſationis et uer
borum caueat accuſanda pudendaq3 cõmittere. Nec
propter hoc occulta cogitamina cordium prodantur:
nec occulta peccata quæ ſolis debentur ſacerdotibs cõ
fiteri: ſed ſolum quæ p̃ceptis obuiant publicis et exem
pla peccandi ſororibus p̃bent. Si uero uel timore uel
uerecundia ſeipſas accuſare neglexerit licet unicuique
propalare crimẽ alterius ut nullatenus radices in obe
dientia Et ſuperbia i ſãcto hortulo ueſtro arripiant nõ
euellenda de facili. Verus ſi quæpiã iuxta fœminarus
modum quæ nihil retinere norunt abſcõditum imo an
te garrulãdo manifeſtat q̃ ſciant aliquid his extra cœ
nobii limites prodiderit ſubeat grauiſſiã pœnã ut doc
trina tacendi doceatur in pœna.

De mirifica uita ſanctorum patrum quos i heremo re
perit Hieronymus.

REFERAM uobis quædã non mi
nus imitanda per opera q̃ audiẽda
de aliquibus ſanctiſſimis uiris ut ho
norus exempla obedientiæ humilita
tem qua carente i ædificii ſpiritualis
ſtructura in fundamento uirtutum quicquid ædificatur
eſt uanu3 Veſtras mẽtes doceant et crebra memoria
geſtorum ſanctorum uitæ religionẽ inſtruat et uirtutẽ
Dum .n. per heremorus antra ſeptem ãnis ſanctos pa
tres degentes ibidem in terris uelut in cælis angelos aſ
ſiſtentes aſſiduo labore itineris arduiſq3 uiuendi incõ
modis cæteriſq3 inumeris calamitatibus pagrando ui
ſitarem de quorum uita moribuſq3 mirificis quæ lucu
lenter ipſe perſpexi: libellum cõpegi qui uobis ut lucer
na ſemper ſtat in candelabro ad meditationẽ religiõis
et uitæ: Nihil ita earum ſtudioſum petebatur a mona
chis q̃ q̃ in eis qui iuberet poſſit iueniri. Profecto nõ
taceam tantã humilitatẽ tantãq3 caritatẽ quã ſanctæ il
læ mentes habebãt: ut adhuc cernens omis laboris et
grauedinis oblitus itineris herẽos humãæ naturæ tas
deteſtabiles et ingratas in paradiſos putarẽ pene eſſe
cõuerſas. Mirum auditu ſed felix obtẽtu ſic ſanctorũ
hominum corda caritas tranſformauerat in creaturas
deificas ut caro pene eſſet neſcia carnis: licet per Joã
nem dicatur q̃ quicquid eſt i mundo aut cõcupiſcentia
oculorum: aut cõcupiſcentia carnis: aut ſuperbia uitæ
nã ſic ſimplicia et humilia corda obedientiæ et humili
tatis innitebantur ueſtigiis: ut quaſi quorundã philoſo
phorum uideretur i eis uerificari opinio qui una po
nunt i hominibus uniuerſis animã ſolam Nam abba
tes et patres nihil omnino uelle ſciebant niſi quod ſub
diti: et ſubditi antea conabantur iuſſa implere q̃ forẽt
emiſſa. Et quibuſdam quodãmodo indiciis nitebantur
prophetare de uoluntate mãdatis.

De uanitate ſcientiæ mundialis.

ANETA fatuitas quæ natos ad la
bores homines in mundo mereris
tranſuehei ad gloriã ereptos de pœ
nis Non hanc fatuitatem doctiſſimã
Athenis plato didicit: non Ariſtote
les: non Anaxagoras: nõ cæterorus ſtultorus mundi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſapientum turba præcepit. Non certe miſer ego Hiero
nymus fatuorum ſapientum imitator anteq̄ ſancte uer
bera lucerem: quāq̄ ut meas miſerias detegam me an
teq̄ uigeſimum annum ætatis meæ attingerem. Urbs
romana in ſummum p̄elegerat magiſtrum in omibus
pene liberalibus artibus. Nondum ſancti ſpiritus itra
ueram ſcholas. nondum cecutiens poterā puenire ad
ſanctæ ueritatis diſciplinā. Non academiæ: nō certe ro
mæ huius doctæ fatuitatis reſonauere gymnaſia quæ
ſancta retinet heremus. Uere non ſine labore didiciſti
tuam ſapientiā fatuam Plato quē mundus retinet nō
poterat mundi ſapientiā inſequētem p diuerſarum na
tionum et gentium regionumq; partes infinitis erum
nis in numeriſq; peragrando laboribꝫ: nec tamē fatuiſ
ſimæ ſapientiæ finē qui eſt ſummum bonum ad quod
te naturæ mouebat intentio in orbe uniuerſo reperīt ſci
uiſti: quē ſancti hi ruſtici hanc fugiētes iuēerunt in he
remis latitantes. Attende et tu fatuorum princeps A
riſtoteles etſi fueris abſq; dubitatione prodigium grā
deq; miraculū in natura tota cui pene uidetur infuſus
quicquid naturaliter eſt capax humanus genus: quoni
am ſapiētia mundi ſtultitia eſt apud deum: ſi caritas i
format: ſi intellectus nō captiuatur ad fidē: Si cor ad
chriſti ſeruitutē nō inclinatur qui iudæis eſt ſcandalus
paganis ſtultitia: nobis uero credētibus honor et glo
ria: in quo ſolo gloriatur apoſtolus. Qui gloriatur in
quiēs i domino glorietur.

De promptitudine iplendi mandata impoſita.

NIHIL honorabilius nihil ue glori
oſius cariſſiæ q̄ ſeruitus chriſti hæc
ſanæ p̄ferenda Imperatorum faſti
gio: hæc dignitati regiæ: Hæc cuicun
q; ſeculi gloriæ huius ſeruitutis chri
ſti quidā iter cæteros quos uidi in heremo doctus ex
monachis adiuſſum patris ſenioris ſuæ caritatis et hu
militatis fructum cupiens augere et obediendi aliis iu
uenibus tradere normā per grandes lapidē humeris
hominum proculdubio grauē bis qualibet die p Tria
miliaria geſtabat i ſcapulis nulla alia neceſſitate coac
tus. Quod iam per octo annos effecerat: Sed quid ſi
forte quæratur quid in eius mente uoluebatur ex hoc
quod forte noſtræ ſuperbæ mēti q̄ nōdum ad huius ſā
ctæ fatuitatis pfectionē aduenit uidetur extraneum pu
erorumq; ludus et ocioſitatis opus. Teſtor deum q
